GVILIELMI POſtelli Baren. Dolerienſis de Originibus ſeu de Hebraicæ linguæ & gentis antiquitate, déque variarum linguarum affinitate, Liber.

In quo ab Hebræorum Chaldæorúmve gente traductas in toto orbe colonias vocabuli Hebraici arguméto, humanitatiſque authorum teſtimonio videbis: literas, leges, diſciplinaſque omnes inde ortas cognoſces: communitatemque notiorum idiomatum aliquam cum Hebraiſmo eſſe.

Proſtant Pariſiis apud Dionyſium leſcuier, ſub Porcelli ſigno, e regione D. Hilarii.

Reuerendiſs. in Chriſt.

P. ac D. D. Ioanni Bellaio, Tit. diuæ Cæciliæ Card. Ampliſs. ac Epiſcopo Pariſienſi Guiliel. Poſtellus Barentonius S. P. D

PRæclare quidem viſus eſt mihi Ariſt. τῶν ἠθικῶν δ' dicere, τὴν μεγαλοψυχίαν οἷ' κόσμον τινα εἶναι τῶν ἀρετῶν, magnanimitatem eſſe ceu quoddam cæterarũ virtutum ornamentũ, quo qui eſt præditus, non poteſt nõ habere alias officii partes cumulatiſsimas: ob id ſubdit idẽ author, μείζους γὰρ αὐτὰς τὰς ἀρετὰς ποιεῖ καὶ οὐ γίγνεται ἄνευ ἐκείνων. διὰ τοῦτο χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι, maiores, inquit, ipſas virtutes reddit, quibus ſine ipſis magnanimum eſſe non contingit. quamobrem re vera arduum eſt animi exercere magnitudinem. Scopus autem omnium quæ de moribus tractant diſciplinarũ, atq; finis videtur, de officii pro rationis præſcripto præſtandi negotio eſſe: quem finem veró ille mihi videtur aſſequutus, qui inter mortales auxilio mortalium inopiam ſubleuare, in primis virtutum omnium partibus ponit, req; ipſa primam virtutum liberalitatem eſſe docet. Ob quam rem philoſophi Chriſtiani, qui de moribus ſanctiſsime ſcripſere, nulli dubium reliquerunt, quin ille qui charitatem exercet, (nominibus enim ab ethnicis differentibus, noſtri rem eandem appellant) habeat aliarum quantum ſatis eſt. Et merito ſane ita ſancitum eſt. Quum enim omnium actionum noſtrarũ, poſt iuſti & æqui in humana conuerſatione obſeruationem, intentio ſit, vt opes ad vitæ noſtræ vſum nobis comparemus, ſitque illud (quum tamen nudos & rerum omnium egenos parens natura quaſi de induſtria ad id nos ediderit) longe difficillimum: reuera iure ille maximi fit, qui ſuos laborum fructus alteri cõmunicatos cupit. Sed quor-

ſum hæc? Non poſſum certe tacere, quod ita omnibus in confeſſo & propatulo eſt, iudicās quod aiunt ab vnguibus leonem. Nolo certe te quibuſdam magnificis auorum imaginumque titulis iactationeq;,vt fere ſolent,cōmēdare, aut tibi nunc laudes celebrare tuorum: quibus ſane ipſis tantum lucis adfers, vt ſuæ poſteritatis virtutem,amplitudinem, dignitatemq; illi alioqui celebres vix adumbrarint. Adde quod, NOBILITATEM SOLA EFFICIT, AMPLIFICATQVE VIRTVS: non quidem auita aut parētum,ſed propria. quā qui caret, iactet vel Cæſaris auos,nôbilis non eſt. Vbi illam vnam virtutem in te reperio, qua tantumnō dii fiunt homines,vtpote beneficio,quo ſunt clari,ad illos proxime accedentes,quam de ſua magnitudine olim quidam æſtimātes illius exercitationem dixere deum, quæ a Chriſtiana philoſophia hominem reddere omnibus numeris abſolutum aſſeritur,quam demum abs te tot illam ea digni homines experti fatentur, prædicant, efferunt:non poſſum aliud iudicare,niſi illam virtutum omnium ornamentum,magnanimitatem,fontem tibi eſſe atque adeo aliarum omniū ſcaturiginē.Ex animi enim procedit magnitudine,nil humile appetere,deum Opt.Max.qui tantum beneficii in hominem conferendi gratia,hoc ſuum templum quod conſpicimus, creauit, velle liberalitatis beneficio imitari. Quanuis enim cæteræ officii partes in id incumbant,vt hunc repræſentemus pro viribus, potiſsimam tamen illarum, quum ſors iniqua ſæpe mortaleis diuexet,eſſe mihi perſuadeo,quæ aduerſam cōditionem hominis meliore fortuna digni erigit, auget,reb⁹ ſubleuat. Plus enim ſolet philoſophia & clarus animus rebus & opibus,quàm conſilio aut cæteris officii partibus egere. Teſtes ſunt tuæ in hac re diligentiæ ampliſsimi quicunque virtute aliqua clari(nec enim temere ꝓfuſam in quoslibet vulgares liberalitatē exerces) apud te aliquando de aduerſa ſua fortuna conqueſti ſunt. Recitarem hic beneficia ampliſsima quæ ſuæ virtutis & eruditionis ergò, potiſsimum vt interim reipub.prodeſſent,quamplurimis contuliſti,niſi ea viri illi docti ſcriptis vbiq; teſtarentur, familiari colloquio merito prædicarēt. Nolo hic attingere propēſum illum tuum animum, in Iouium, Rabelæſum,Bigotium, ac tales abſolutæ eruditionis viros,nec paucos nec vulgares,nume-

rādo enim me dies deficeret. Trāſeo ſilentio illa librorū Puni-
corum xenia, quibus me ſub hoc anni principio donaſti: illa
quidem vſque adeo tibi chara, vt erant, tum in Gallia antequam
Arabica noſtra bibliotheca aduenisſet, rara, & a raro ac doctiſſi
mo ſimulq; obſeruari digniſſimo amico tibi oblata, taliq; dono
repenſa, vt ſi ille liberalitatē tuam ab ea re æſtimabit, poſſit reue
ra dicere ſe συλόσωντος χλαμύδα tibi dediſſe. Vt etiā pro illo tuo
munere mei in te animi ſignū aliquod oſtendam, volui te tan-
quam paratiſſimum linguarum fautorem, donare noſtris his
puerilibus obſeruationibus, idq; triplici nomine: primo, vt hæc
parua, quibus ſingulari opus eſt patrono, talem habeāt qualem
nec variæ linguæ, nec litteræ, nec litterati, poſt principem libe
raliſſimum munificētiſsimūq;, apud quem quantū potes tantū
illis cōmendatione nō vulgari opitularis, maiorem agnoſcant:
qui illos præter ſumma beneficia etiā a calūniatorū morſibus
vindicare ſoleas. Altero, vt mei in te obſeruantiā ſi non mearū
rerum ergò, ſaltem reipub. in quā omnem tuam operā confers,
hoc munuſculo tibi ſignificem. Tertiū illud eſt quod iam dixi,
vt his noſtris vigiliis qualibuſcūq;, de tuo tam ſingulari in nos
amore gratias referrē. Nō æſtimabis rem de ſua mole, alioqui
parua, ſed more Perſæ illius è ruſtici manu aquam hauriētis, de
donantis animo. Rebus enim vt cum nemine volo contende-
re, ita certe nec beneuolentia ex animo volo cedere, aut eſſe vlli
inferior. Si libri dictio aliquando durior videbitur, non dubi-
to quin facile illam toleres, vbi ætatis in qua ſcripſi rationem
habebis. Poteram enim iam ante ſex annos iſta in lucem ede-
re. Vale Calend. Mart.

DE ORIGINIBVS, ſeu de Hebraiſmi antiquitate, linguarumque affinitate.

MAximũ a deo naturæ parente, ſecundum incorruptibilis naturæ ſpiritum, homini conceſſum munus in hac vita, ipſa locutio & vocis articulus fuiſſe videtur. Parum enim fuiſſet, feciſſe hunc microcoſmum, & totius naturæ paruum quoddã exemplar diuinitatis participem, dediſſe rationem illam a cæleſti natura, perpetuo ſibi conſtanti attractam, qua perpetuo homo altiorũ rerum deſiderio teneretur, cœleſtia appeteret, totius naturæ illum feciſſe poſſeſſorẽ vnicum, niſi ad propalandum tãtum beneficium accederet ſermo, qui omnium creaturarũ vice cauſam ipſam primã nomine omnium celebraret, qui poſteritati tanti magnitudinẽ beneficii & artificium per manus traderet, a quo demum admirãtium illud hominũ opera, diſciplinæ, ipſæ enarrantes tantam prouidentiã oborirentur: in ſumma, quô cõmunius & diuinius illud cœleſte donũ euaderet. Eſt enim ea boni natura vt velit eſſe, ſi nõ omnibus ſaltẽ quamplurimis commune. Agnoſcere vero illud anteq̃ diſquiras oportet: ſine autẽ hominũ ſermone mutuo id fieri nequit. Fuiſſet certe illud animal, quanuis præſtãtiſsimum fœliciſsimumq;, hoc natura feciſſet, cõditione oĩm animantiũ prope deterrima, ſi muto illi cõtigiſſet eſſe. Nullus enim mortaliũ vſquã vel pili totius mũdi maximã fœlicitatẽ faceret, ſi ſibi ſoli cognita eſſet, nulliq; ſermonis facũdia innoteſceret, præcipue quod ad opes & exterioris fortunæ habitũ attinet. Maxima autẽ fuit inter antiquos olim quæ nã

prima linguarũ omniũ fuerit concertatio. & vtrũ ex arte an ex natura locutio cõſtet. Sub iudice hactenus illa lis manſit. A natura & ſuam eſſe, Phryges Græciæ vanitatis affines hac fabula contendunt. Aiunt olim experientiæ gratia cõmiſſos fuiſſe nutrici mutæ iuuenes, vt illos extra hominũ cõmerciũ educaret, tádéq; appareret, ſi quicquã requirerent, aut proferrent, quidnã & quorum populorum lingua eſſet: tandem euenit vt vnus illorum proferret Bec, qua voce panẽ ſe nominare phrygice contendunt: vnde illa vna voce aſſerunt ſuam linguam omniũ primam eſſe. Arcades ſuam generis antiquitatem ſupra lunã referunt, vnde olim προσεληναῖοι dicebantur quaſi antelunares: nullo alio quàm libidinis argumẽto. Propterea quum rei antiquiſſimæ meminiſſe vellet Ariſtophanes, compoſuit ex vtriſq; vocabulum in hoc verſu, ὦ πῶς ὦ μῶρε σὺ, ὦ κρονίων ὄζων, ὦ βεκκεσέληνε, & quomodo o demens tu, & ſaturnalia redolens, & becceſelene, id eſt Phryx & Arcas. Argumẽto nullo opus eſt vanitatem Arcadicam confutare, quæ nullo nitatur. Meram autem fabulam eſſe, & ambitioſe tantum confictam illam Phrygicam hiſtoriam, conſtat, eo quod ſub quo principe, aut quo tempore fuerit, nullus ſcribat: quod illud tam antiquum fuerit, vt nondũ molendi aut pinſendi nec fortaſſe ſerendi vſus eſſet, vnde illi iuuenes non panem, cuius nullus erat adhuc vſus, peterent, ſed quæcunque latranti aluo ſufficerent hac voce poſcebant. quomodo enim omnium rerum expertes panem ſuis incognitum peterent? Detur fabulæ & hiſtoriis illius temporis fides. præterea hæ voces ba, be, bi, bac, bec, bic, &c. quæ labiis potiſſimum conſtant, ſunt ſæpiſſime & mutis & trimeſtribus infantibus communes. Diodorus qui altiſſimo principio omnes & hiſtorias & fabulas, elapſorum temporum nullo ſane iudicio, ſed quadam diligentia tantum accumulat, non obſcure refert ad Chaldæos priſcum literarum vſum, pro quo tamen contendunt AEgyptii, nil ſibi ex ſui Nili fertilitate non adſcribentes, quum tamen Plato diuinus diligentiſſimusque author ſcriptum reliquerit, AEgyptios non fateri ſuam origi-

nem ab AEgypto,ſed ab Aſia atque Chaldæis. Plinius ille helluo librorum, qui nullam antiquitatis partem non diligentiſſime vidit, inque commentarium retulit, aſſerit tam antiquũ fuiſſe Syris & Chaldæis literarum vſum, vt multi illas æternas apud illos putarint, ſed malo illius adferre verba, ne aliquis me confingere putet quicquam, Lib. Nat. hiſt. 7. cap. 56. ita ſcriptum reliquit. Literas ſemper arbitror, Aſſyrias fuiſſe, ſed alii apud AEgyptios a Mercurio, vt Gellius, alii apud Syros repertas volunt. Hoc reuera docet apertiſsime primis & antiquiſsimis literis ſcriptitaſſe Hebræos, & Chaldæos: nam iidem ſunt qui & Aſſyrii. & ante Heber, a quo dicti Hebræi ſunt, erant vnum cum Chaldæis genus, ex quo genere electus eſt primo Abrahamus omnibus priſcis authoribus celebris. Plinius etiam 5. lib. cap. 12. confirmat prædictam ſentẽtiam, Ipſa gens Phœnicum (Phœnicibus, Syros vniuerſos de quibus ibi loquitur intelligit) in gloria magna literarũ inuentionis & ſyderum, naualiumque ac bellicarum artium fuit. Eſſe vero quandam homini a natura ſine aliorum hominum conuerſatione linguam, illud ſane ſcire arduum eſt. Quum audiã etiã hodie in pene deſertis Africæ partibus ad Capricorni tropicũ homines eſſe qui ſibilo & ſtridore, animi ſenſa dicantur explicare: ſi verum eſt, facile adducor, vt credam humana arte non natura loquelam & rerum nomina impoſita. Quod tamen ſi eſſem alicuius magnatis loco, crebro id probarem donec rei conſtaret veritas. Nullo enim id periculo fieret, quoniam puer aſſeruatus extra hominum conſortium ſeptennium aut circiter, poſſet ſi mutus illuc vſque permaneret, tandem conuerſatione patrium ſermonem diſcere. Sed de primis literis & linguis, quæ omnium conſenſu primæ mortalibus innotuerunt, nobis eſt ſermo, non an arte vel natura ſint. Primam fuiſſe Chaldæam ſeu Hebræam (nam, vt dixi genus antiquius Chaldæorum agnoſcit eſſe Moſes ipſe quàm Hebræorum) conſtat & authoribus prophanis & ſacris, vt ethnicis fiat fides deo electis chriſtianis amplificetur. Præter illa anti-

quiſſima Græcorum de hac re teſtimonia,quæ tam inſignis au thor Ioſephus,cui in ciuitate eloquentiſſima ob inſignem peri tiam, eruditionem, & in ſcribendo candorem, ſtatua donata eſt:quę veritatis odio ſupprimūt ſui Iudæi,in libris Antiquitatatum Iudaicarum & contra Appionem Grammaticum adfert, præter etiam illa quæ ampliſſima adducit Euſebius Cæſarienſis de Euāgelico apparatu,cognoſces hic non leuibus argumentis,hanc Hebraicam linguam ſua vocabula inſignioribus orbis terrarum prouinciis olim per filios Noachi dediſſe: Noachus enim idem eſt qui & Latinis Ianus a vini vſu reperto(nam Hebræis Iain vinum, ſignificat)Græcis vero οἰνότρος a vino pariter: poetis aliquando Chaos, quod ex eo orta omnia videantur:quandoque cœlum dicitur, vt qui ſuprema hominum memoria creditur fuiſſe vniuerſæ poſteritatis author. propagatorque: quibuſdam etiam Ogygem dici conſtat, ſub quo primum & maximum diluuiorum fuerit. Præterea ex hac vna, Arabicam,Chaldæam corruptam,ac ab Hebraiſmo diuerſam, Indicam, quæ hodie maximam orbis partem occupant, dimanaſſe:Græcam Linguam, præter multa verba & diſciplinarum omnium originem,etiam non paucas locutiones ac loquendi tropos habere ab illa certo conſtabit. Nec iſtud argumentū tractandum ſuſcipio vt doctis linguas ipſas diſcendas ſuadeam, quibus nil magis eſt perſuaſum: ſed illorum gratia qui hominem alicuius linguæ à propria diuerſæ peritum, ſtatim proclamant hæreticum. quibus ſi vnam, qua ſumme pollent, maledicendi libertatem auferas, lapides & truncos dixeris:vt videant illi ſero ſapientes Phryges ſine priſcarum linguarum cognitione, nec rerum nec verborum vllam poſſe rationem haberi.Volo aūt ante rem ipſam ætatis in qua hæc ſcripſi gratia,veniæ locum,ſicubi errare contigerit, petere apud æquū lectorem. Nam ridebor,ſcio. at mihi id cum multis, quod eſt miſerorum anchora commune erit. Mihi detrahetur,a probis nequaquam:ſi ab improbis,vituperium illorum laus eſt. Dicā quod Hieronymus, Si non placet, non legas. Sed ad rem.

INSIGNES REgiones, olim a diſperſis FILIIS NOEH VOCABVLO Hebraico, nomen accepiſſe.

ANtequam rem ipſam aggredior, volo paucis tradere, cur Moſis Chorographiã in ſua mũdi hiſtoria deſcriptam tãti faciam, vt illam confirmatam Ethnicorũ ſcriptis citius, quam ecõtra, cuipiam. Illam certe mihi perſuadeo eſſe veriſſimam hiſtoriam, quæ ſine fuco aut vllo verborum apparatu, nude & ſimpliciſſime traditur, quę a nullo, niſi ab ipſa veritate deo & antiquiſſimis monumentis deſumpta ſit, quæ a mortalium nemine præmium aut fauorem expectat, quæ nullius authoritate a veritate ipſa propalanda deterretur, quę nuſquam in ſui authoris aut mortalium laude, ſed perpetuo in celebrando primæ cauſæ in homines beneficio, verſatur, quando æque hominum virtutes & vitia attingit, nec quicquam diſſimulat, ſi ipſam princeps, & ſapiẽs, & ſanctus, & qui a nemĩe mortalium timeat, ac nullius gratia ducatur, deſcribat, & in ſumma quæ nulla eloquentiæ ſuperfluitate, ſed tantum ipſa perpetuo ſibi conſtanti veritate cõmen-

dabilis ſit. Talem vero eſſe Moſis,de mundi origine,de-
que diſperſis in toto terrarū orbe colonijs &c. nemo,qui
hanc vel primoribus,quod aiunt,labris deguſtauerit nō
videt. Attuliſſe autem ipſam eloquentiam fucumq; ver-
borum inter mortales mali plurimum,teſtis eſt illa [redacted]
[redacted] iactatio orbis , quādiu ipsæ rerum habenæ penes
rhetores erant , teſtes ſunt hodie ſenatores in vniuerſis
Chriſtianorum ſenatibus clariſſimi,qui ſingulari antea-
ctorum ſæculorum peritia edocti prohibent , quicquam
vltra rē ipſā proloqui aut afferri. Id nouerat ſenatus ille
Areopagiticus,quiin tenebris,nec quid fauoris ex perſo
na conciperet,ac ſine apparatu orationis,reos audiebat,
confirmat illud,poete hemyſtichion, Res eſt contēta do
ceri,faciunt fidem ipſi rhetores miſera, illa tamen digna
morte perēpti. Cęterum te rogauerim, cur citius in ipſa
rerum traditione Gręcos aut Ethnicos, vel crebro men=
dacio infames audiamus , quam illos (ſtatuendo rerum
originem, etiam incrementum & perfectionem , ſcilicet
noſtra, confirmo) qui nil niſi ęquum & bonum docent?
Certiſſimum eſt enim opinione tantum nuda non veri-
tate(quę rerum omnium probatione, antequam de ipſis
exacte iudices,conſtat) niti illos,qui citius Gręcis quam
Hebręis credunt. Illud tamen docent omnes,in opinio-
ne ſimplici,nil eſſe verum,veritatem eſſe paucorum,La
tam eſſe ad perditionem viam,id eſt, vulgarem opinio-
nem non imitandam,non tantum Chriſtus ipſe nos do-
cuit,ſed rerum comprobatio ita indies eſſe monſtrat,Re
ctam rationem paucorū eſſe nullus non videt. Poſtquam
fabulas,volui dicere hiſtorias,Gręcorum,& legem diui-
nam legeris,iudica vtrū preclare magis doceat,qui cau-
ſam primam ſolam ipſam reueretur,adorat, colit,obſer-
uandam vbiq; cenſet,an qui creaturas & homines,etiam
ſępius vitijs quam virtute claros, in numerum deorum
reponit? Iudica demū,nonne Ariſtoteles, Plato, Pytha-
goras , & cęteri clari philoſophi qui de moribus aliquid
tradiderunt, citius Moſis ſententię (certū eſt enim illos

omnes Hebræos diſcēdi gratia adij ſſe) qua vnam ſolam rerum cauſam colit & docet, quam vniuerſæ Gręcorum & aliorum ματαιοσόφων turbæ conſentiant? videbis tũ certe veriſſimum quod iam dixi, Rectam & ſanam opinionem fuiſſe paucorũ. Quod Hetruſcus ille meus Petrarcha tam frequenter cantat. *Voi donque ſe cerchate hauer la mente Anzi l'eſtremo di queto a giamai, Seguite i pochi e non la uulgar gente.* & alibi. *Mentre al uulgo dietro uai, Et la ſua opinione cieca e dura, Eſſer felice non po tu giamai*. Etiam hæc ad noſtrum argumentum faciunt. Qui potuit fieri, ſi hiſtoriæ Chriſtianorum & Hebræorum, ſint hiſtoriæ ſimpliciter & rara veritate, vt & Græcorum ac Ethnicorum, vt tot milia hominum: & ante, & poſt Chriſtum voluerint rem ipſam in Chriſtianorum ac Hebręorum lege ſcriptam, ſuo ſanguine ac morte crudeliſſima teſtari, ac ratam haberi? niſi bonum eſſet illud virtutis, contra quod, quam facere (quæ conſtantia certe nec natura, nec ſimplici opinione, ſed a prima ipſa cauſa authoreque naturæ deo, animis hominum mortalium ſibi electorum indita eſt) mori præſtat. Nemo vſquam Græcorum aut Latinorum pro veriſſima ſuæ gentis opinione legibus aut hiſtoria, vel minimum famæ diſpendium ſpontaneus vſquā voluit ſubire, vnde ratione credendum eſt, quum vitæ gratia omnia fiant eaque ſit ſolus naturæ vſuſfructus, immiſſam eſſe a deo ſolo naturæ parente, & in preſtabiliorem ipſa vita corporea vſum, ſpiritum noſtrum transferente illam firmam perſuaſionem, quæ debeat citius ſeruari quam ipſum eſſe, ac naturæ compoſitum. Vult enim fœliciſſimam illam creaturam, cuius cauſa videtur cũcta creaſſe, ita ſancte viuere, ita ſui imaginem ipſa æquitate & innocentia vitæ repreſentare, vt illam malit ſi res poſcat vel naturę organa deſtruere, quam pręter iuſti & equi regulā viuere. Quāuis enim Plato, Ariſto. multis ad modum, ſummaꝙ eloquētia de virtute ac ſummo bono diſſeruerint, polliciticꝙ fuerint rationibus ampliſſimis æternā fœlicitatē ac immor-

talitatem virtute prædítis, nemo tamen vſquam vel pro verbo vno Ariſtotel. aut Platonis aſſeuerando, minimum detrimenti accepit. Quod ſane arguit illic non adeſſe dei ſpiritum, illa quidem ſcripta, eſſe vero conſona, ſed hominum gloriæ ac ambitioni coniuncta. Iſta contra, ſine vllo rhetorices apparatu, nude & ſimpliciter prolata, ita electis habentur vera, vt pro illis aſſerendis, nec mortem ipſam, quę eſt mortalibus merito in ſummo terroris genere repoſita, ſubterfugere velint, verum multi ſingulari prudentia, inſignique innocentia viri, illam vltro etiam omnĩ ſuppliciorum, ac crudelitatis genere refertiſſimam, appetendam ducant. Magnifaciat antiquitas vnum aut alterum ſibi conciuiſſe mortem. Catoni ne venienti in infenſiſſimi hoſtis manus, ſubeũda fuit, non quidem ſpontanea, ſed coacta. Idem Hannibali, Bruto, Antonio, Lucretiæ, Cleopatræ. Sed omnes aut humanam captantes gloriolam, aut manum inimicorum effugere volentes, ſibi intulerũt, aut afferri a ſuis ſibi manus iuſſerunt, omnes tamen illi ad immortalitatem, quam falſo medio quærebant, contendentes. At vero quot Myriades milium hominum híc reperías, quibus licebat eſſe maximis beatiſque, ſi vitæ deo ingratæ placuiſſet conditio, qui tantum pro dei verbo aſſerendo, ſponte perpeſſi ſunt, non mortem tantum ſemel, ſed centies, vt tandem dulcior illa vita cæleſtis affulgeret. Me voluiſſe iſtud argumentum inter Chriſtianos nunc tractare, nemo miretur, ſcio quibus ſcripſerim. His rationibus puto ſatis me oſtendiſſe Moſis ſcriptorum certitudinem, & Ioſephi, quem potiſſimum illius interpretem ſequor, fidem ac diligentiam. Ad rem igitur. Noacho fuere ante generalem aquarum illuuiem tres filĳ, Semus, Chamus, Iapetus, Semo & ſuis, Aſia: Chamo, Africa: Iapeto, Europæ pars cum inſulis maris noſtri, & Aſia minore obtigit. De ſingulis nunc dicemus, a Chami progenie, ſeu Africa ducentes exordium. Chamus, quatuor filios habuit, Chuſſum, Mitzrę um, Phuthæum, Chananæum. Anno circi-

ter trecẽteſimo poſt diluuium, qui fuit vitæ Noachi plus minus nongẽteſimus, eo anno quo natus eſt Phaleg, abierunt in varias colonias diuiſo inuicem orbe filij Noe, ob idque vocauerunt illum vnum pheleg, quod diuiſionem ſignificat, vt ſuo nomine tam celebris facti memoriã conſeruaret. Cham igitur dedit primogenito ſuo partem Aethiopiæ quæ ſupra Aegyptum eſt, a quo vocati ſunt Aethiopes ipſi Chuſſæi, quos ſuo ſæculo ita vocari ab omnibus Aſiaticis aſſerebat Ioſephus: Non longe hinc, ad Lybiam interiorem pertinere chuzitas & chuzarim fluuium ait Ptolemæus, Græci vocem quæ nigredinem aut nigros ſignificat αἰθίοπας, id eſt, faciæ aduſtos dixere, interpretando. Alteri Mizraim nomine, ceſſit Aegyptus, a quo etiam olim Meſræos, (corrupte apud Ioſephum Merſæos legitur) dicebant, quod nomen hodie etiam durat, nam totam Aegyptum hodie mitzir & mitzri appellant, tam Arabes quam Turchæ qui illa potiuntur, Iudæi priſco vocabulo mitzraim nominãt. Vox ipſa anguſtias ſignificat, interpretatio græca aſtum. Non male quadrat interpretatio prima, illic enim non de cæli ſoliue beneficio, vt in alijs regionibus, ſed de fluminis cremento vel decremento pendent. Vnde tota regio, pręcipue mediterranea, multo ac malefico genere animantium ſcatet. Alio vocabulo dicitur terra Cham, id eſt, caloris, ſeu in qua Chamus ipſe habitauerit. Phutæus occiduas Africæ partes habuit, nominauitque populos ſuos phutæos, quo nomine olim teſte Ioſepho tota Africa dicebatur. Sed apud Ptolemæũ, Phutęi populi ſunt in occidua Mauritaniæ Tingitanæ parte, quæ a Tingi vrbe hodie Altangir appellata, nomẽ habet, vbi regnum Feſſæ eſt, vnde etiam eodem nomine fluuius qui perperam phthuth, ſolet ſcribi, exit verſus occaſum. Illam plagam vocabant Græci μαυρουσίαρ a colore habitantium ficto nomine. Latini Tingitanam Mauritaniam ad interioris illius quæ a Cęſare nomen habet differentiam, olim dixere. Nunc nautæ vocant Barbariam totam plagam mari-

פֶּלֶג
כוש
כושים
מִצְרַיִם
חָם
ps. 105.

timam, ipſi vero incole Iſſem, Regio cœlo ſoloque læta,
פוט quod dictio indicat pinguem notans, cuius rei argumentum faciebat olim antequam de nugis Muhamedis vi-
ἄμπελος num prohibentis, penderent, mons ob vitium inſignem fertilitatem ἀμπελουσία dictus. Quidam ſcribũt hũc Phut fuiſſe, quem in ſuis fabulis nulla in re non audaces Græci, Phaetonta appellant. Quum enim de ignoti generis homine quicquam, aut fama aut præſentes accipiunt, ſi ſit aliquod præclarum facinus, aut inſolitum, ſtatim talem cuius genus ignorant in genere quorundam deorum reponunt, vt hunc ſolis & nymphæ Clymenes filiũ ſcribunt, Ita ſuis nugis infinitos deos Ioues, Martes, Saturnos, & tales ſæpius perditas hominum colluuies, fortaſſe vna tantum aut nulla virtute claros, ſibi ad colendum confingunt excogitantque, deum indiuiſibilem in mille etiam diuerſiſſimas particulas diuidentes. Quartus filiorum Chami Chanaan nomine confinia Aegypti & Syriæ qua Paleſtinam attingit, habitauit, vocauitque terram Chanaan. Poſt vero mutato nomine eiecta illa lucro intentorum hominum cupidine, quod dictio
כְּנַעַן oſtendit, Iudæa & Paleſtina appellata eſt. Nunc de filijs Chuſſi ſeu Aethiopis agemus. Nati ſunt huic quinque liberi Saba, Heuila, Sabtha Rahma ſeu Regma, & Sabthema. Saba nomen Arabiæ fœlici præcipue dedit. Sa-
סְבָא beam omnes authores profani nominant. Vox Hebraica circuitum ambitumve notat. Clauditur enim tota mari, Perſico, Indico, Arabico Rubroue. Nemo miretur nomina indita rebus, etiam propria, præcipue quadam vetuſtate inſignia, rei proprietatem aliquam magnam præ ſe ferre, ita deo, fato, naturave incognita homini ſuggerente, donec legerit, Cratylon Platonis, De nominum recta impoſitione, tunc dicet nos nil abſurdum in hoc argumento committere, vt qui præter nomina ipſa etiam rationem ac etymon adferre conemur. Heuila Getulos poſtea dictos, Heuilæos ſi Ioſepho credimus, nomine

ſuo dixerat, hodie Tanbutios & Melios dicunt, vbi ob
oris fœtorem incolæ, aurum ſale permutant. voce Ha-
uila, Hebræi dolentem intelligunt. Tertius Chuſſi fi- חֲוִילָה
lius Sebath ſeu Sebtha, Aſtabarenorum Aethiopum re-
gionem incoluit, reliquit etiam de ſuo nomine vrbem ſa
bath (perperā ſolet ſcribi Sabach) iuxta Adulicū ſinum,
ad Auxumios quam pro freto ſinus Arabici condidit. Ho
die aliquantum deprauato antiquo nomine, incolæ Se-
boyn appellant. Soli huius regionis habitatores Chri-
ſtiani in tota Africa ſunt. Aiūt ab illa plaga veniſſe olim
Reginam Saba, vt quæ de Solomone Iudæorum rege
mira ſapientiæ ſummæ inditia fama audiuerat, præſens
intueretur. Sed volo aliquam laboris, theologis non ſa-
tis in coſmographia verſatis, partem, mea diligentia di-
minuere. Dicitur regina Saba veniſſe ad viſitandum So
lomonem, Dicebat Dauid reges venturos a Saba ac au-
rum & thus, Chriſto Ieſu Meſſiæ oblaturos. Habuimus
iam Saba Arabiſtan, ſeu Arabiam, appellari. Videntur
hæc Latina ſcriptione eadem quum ſint diuerſiſſima, &
loco ſemotiſſima, Latinis literis diſcrimen non poteſt
obſeruari dictionum, vt Hebraice. Latini enim tantum
ſ habent vnum, Hebræi tres. Samech, quod cum ſibil- שְׁבָא
lo ſonat, Sſin ſeu ſchin, quod craſſius, ſin quod tenui- שְׂבָא
ter more. ſ. Latini ſonat. His literis cognoſces differen- סְבָא
tiam. Si enim per Sſin ſcribitur, ſignificat Arabiam Seba,
quamuis ſæpiſſime ſcribatur per ſamech pro Arabia, ſi
per ſin, ſignificat orientalem Arabiæ regionem ad Per-
ſidem, vnde venerunt reges illi ad colendum Chriſtum.
Si per Samech, regio eſt illa quæ ad Aethiopiam pertinet
vnde venit regina Auſtri, Si reſpicias Hieruſalem, ab or
tu magi venere, Arabia in parte Auſtrali erit, verſus eu-
ronotum, Regio de qua nūc egimus, erit ad lybonotum.
Illic dominatur potētiſſimus ille princeps Chriſtianorū
Nubianorū, quem dicimus preſbyterū Ioānē aut Preſta-
nū, prole & fide ſucceſſor Cādacis reginæ illi?, cui fœlix

ille eunuchus, quæſito in litera Chriſto, ac reperto tandem, ſacro perfuſus lauachro, plantaria ac fidei Chriſtianæ gemmas retulit, vt ille idē qui olim fuerat a delicijs, diuina tandem ordinatione Chriſtianam pietatem inſereret. Hactenus perdurant ab illis tēporibus in dogmate Chriſtiano, nuſquam, vt quidam illorum ſacerdotes mihi aſſeruere, hæreſibus infeſtati fuere, non alia certe de cauſa, niſi quia illorum ſacrificuli deum & mammonam nuſquam coniungere voluerunt. Magnum profecto bonitatis diuinæ exemplum, his temporibus reuelatum nobis tam diuerſam mundi plagam inhabitantibus. Imperata facere cogit princeps ille. 17. reges Muhametanos. Illius regia dicitur illorū lingua Achſum, in eo loco vbi olim Ptolemæus poſuit Axumam & Axumitas populos. De hac re ſi deus dabit in coſmographicis noſtris pluribus agemus. Rhegma in orientali Arabiæ parte egit vbi vrbem eodem nomine, & alteram regimam, nūcupauit. Scribitur vox illa Hebræis non per g. ſeu per gimel, ſed per hain quæ adeo gutture profertur vt trāſeat pluribus in g. vt in עזה haza, quę gaza dicitur, & עמרה gomora,
רעמה & hic רעמה regma. Filius iſtius natu maior Seba nomine dedit nomen illi parti Arabiæ in finibus Perſidis de qua ante dixi, vbi Ptolemæus ponit Magorum ſinum. Alter natu minor Dadan dictus Dadanam ciuitatem, quæ eſt apud Ptolemęum, videtur in Arabia deſerta reliquiſſe. Ioſephus ait a Sebathacha Sabatacheos dictos, illius vocis nullum veſtigium reperio niſi in vrbe Sebatta, nō longe a Syrtibus, quas hodie vocant Seccas Barbarię. Vſqueadeo eſt arduum reſtituere antiquitati quod libidine ac operibus humanis conſurgit, quum vix etiam perpetuo ſibi ſimilis & conſtantis naturę opera, animalia, & plantas, antiquorum tanta diligentia depictas a natura eadem conditione aſſeruatas cognoſcamus. Nemrod pene exciderat, ſextus liberorū Chuſſi, qui vanitati Gręcorum creditus eſt Beli Priſci pater. Is quaſi vim naturę afferre, cuius artem & potentiam ingenio humano effugere vo-

gere vo-

gere volebat, cupiens, Secundum nomen ſuum diuinæ נִמְרוֹד
repugnans potētię, in noſtram omnium perniciem, tur‑ מָרַד
rim illam, ad illuuiem aquarum deuitandam, excogita‑
uit, vbi diuina oſtendit prouidentia, falſo ſuis niti ſen‑
ſibus mortales, ſi præter naturę præſcriptum quicquam
temere aggrediantur. Quod facinus infamia tam memo
rabile, quum ad fabulatores Gręcię perueniſſet, quadam
tenui fama, finxere Gygantomachiam illam, montes mō
tibus ſuperponētem, vt Iouem ipſum de ſua ſede detru‑
deret. Nomina gygantum illis eadem ratione quam at‑
tuli, ſunt illis cōficta. Iouem ipſum diſieciſſe molem, nil
aliud indicat, quam pœnam, illam quam inflixit deus, in
diſperſione labiorum, vbi cœpit eſſe durior hominis ad
hominem conditio, quam brutorum & rationis exper‑
tium animalium, inditio quodam naturali mutuo ſe in‑
telligentium. Mutatū illic naturale idioma & primum a
parente rerum naturę deo conceſſum munus. Nomen
turri & operi imperfecto Babel fuit, quod confuſionem
notat ſatis voci Gallicanæ accedens. Balbutiendi enim בָּבֶל
verbum babillare dicimus. Opus vltione diuina incom
pletum, abſolutum fuit, non a Nino aut Semiramide, vt
hiſtorici Græcorum falſo omnes crediderunt, & ſcriptū
reliquerūt, ſed a Nebucadneſſer, qui anno Aſtyagis Me
dorum regis 9, Iudęos captiuos abduxit, cuius miranda
quædam opera in libro primo contra Apionem grāma‑
ticum Ioſephus ex Beroſo Chaldęorum hiſtoriographo
recitat, cui ſententiæ certe citius ſubſcripſero quam vni‑
uerſæ Græcorum turbæ. Regio tota a tam celebri vrbe
Babilloniæ nomen apud omnes authores habuit. Alio‑
qui terra Sennaar & Chaldæa dicta eſt. Ipſi Mizraim
cui diximus Aegyptū ceſſiſſe filius fuit Ludim vel Lud,
a quo Lydia, non illa Aſiæ minoris, ſeu vt hodie vocant
Natolię, regio, ſed vrbs in Petręa Arabia, ita pro vſu lin
guæ Græcæ verſo vau ו in υ. Ita enim in multis dictio‑
nibus inuenimus ו, verſū in υ, vt in לוּדִים λύδιοι, בּוּץ βύσ‑
σος byſſus pannus, צוֹר, τύρος tyrus, vrbs Palæſtine mari‑

tima verſo צ, in ת & ו in ט. אשור שׁורך συρία,ἀσσυρία. Ana-
nin dederat nomen Anaitis in Aethiopia ſub Aegypto
agentibus. Ex hominum abere memoria. Vt res omnes
Aethiopum, quæ in bello illo Pharaonū contra Aethio-
pas duce Moſe antequam eſſet Hebræorum dux, deletę
ſunt. Tertius Aegyptij filius fuit Lehabim, a quo con-
tracto conciſove nomine Lybij vocati ſunt. Duplex eſt
Lybia quædam ſuperior, quædam inferior, ambæ in oc-
cidua Aegypti parte. Regio illa tota nomine Africę pro-
prie dicta eſt, Gręci ἀφρίκην, id eſt, ſine horrore (nā φρίκη
horror ſeu rigor eſt qualis ſolet adeſſe febribus, cuius vo
cabuli veſtigium Galli ſeruant, friçon dicentes) vocant.
להבים Hebraica vox inflammatos ſignificat. Nomen ſuum de-
bent Naphtutæ populi in occidua Numidiæ parte ma-
nētes, ipſi Naphtuhin, In multis exēplaribus falſo Nat-
tabutæ legitur. Hunc paulum immutatis ſyllabis fuiſſe
quem Latini Neptunum a nando, vt Ciceroni placet,
vel a nubendo, id eſt cooperiēdo terrā, vt videtur Var-
roni, præter nominis magnam affinitatem, & nauigandi
peritiam, aræ etiam illi in Africæ littoribus dicatæ iuxta
Vticam, quę nunc Bizarta eſt, teſtantur. Plaga illa in to-
ta Africa eſt ſolo cœloque lætiſſima, Numidia alias dici-
tur. Palabundis olim & greges paſcuorum cauſa ſectan-
tibus hominibus habitabatur, vt & nunc tota fere Afri-
ca, Arabia, Syria, ſi maritimas, & mercimonio, concurſu-
que populi claras frequentataſque vrbes, excipias. Gręc
נפתוחים ca dictio a paſcuis, Hebraica a cœli fauore ſenſum habet.
Arabiæ petreæ, non a petris vt vulgo credūt, quum ſit
fere omnis arenis ſterilibus obducta, nomen fuit inditū,
ſed a Petruſim ſexto filiorum ipſius Mitzraim, qui prę-
terea illic vrbem petram poſuit, Idumæa præterea tri-
plex illa Arabia fœlix, petræa, deſerta, dicta eſt poſtea,
ab Edom Eſau, id eſt ruſo ſeu rubicundo Eſau, quę Idu-
me auhoribus profanis eſt. Crediderim ſua aſſerere, ex-
terna antiquare volentes ob id dixiſſe mare rubrum, ἐρυ-
θρὰν θαλάσσαν, Gręcos, quod illas partes coluit, partim ob-

rufeſcētes arenas, partim ob nominis Hebræi traductionem. Chaſluchim, contendunt Caſſiotida inter Palæſtinam & Aegyptum nuncupaſſe. Ex Arabibus Idumęiſve atq; ex Chaſluchis aiunt deſcendiſſe Palęſtinos. Ioſephus ait habitatas fuiſſe Iudææ regiones a Gaza & Aegypto, a filijs Nemrod, a quorum vno tantum nomen Paleſtinæ manſit. A Caphtorim dictos fuiſſe Cappadoces, recito, non mihi facile perſuadeo. Quia Phuth longe a Syria ipſa habitabat, videtur illius genus & progeniē Moſes obmiſiſſe. Nolo autē quicquam in hac re prędter ſacræ paginæ, præſcriptum, ne temeritatis arguar, dicere, quamuis in Beroſi compēdio ſatis aperiatur, quia præter ſacra dicit, relinquo. Chananæo nati ſunt hi liberi, Tzidon, Heth, Iebus, Aemori, Gergaſſi, Hęui, Harachi, Sini, Aruadi, Tzemari, Hemathi. Tzidon reliquit vrbi maximæ in occiduo Paleſtinæ littore nomen Sidonis, ea vrbs Vitri inuentione olim, ac precioſis linthæis clara erat. Hethei tantū nomē in ſacris nouimus, ita funditus, omnia illorum Chananæorum monimenta euerterunt filij Iſrael, vt pauca antiquitatis ſuperfuerint veſtigia. Iebuſæus Iebam vrbem, ad carmelum montem, ac Iebus quæ poſtea Sebus & Solyma & Salem, & Ieruſalem, deinde Aelia capitolia, poſtremo Chus & Chuſſembarich dicta eſt, condidit. Nominis Sebus pro Iebus omnes meminere. Solymorum tanquam potentiſſimorum ſuo ſæculo & paulo antè, Homerus, vbi & Bellerophontis (ſub cuius fabula hiſtoriam Ioſephi antiqui videtur inuolucris deſcribere) meminit, ac commendat illum ab inſigni armorū peritia, quum ait, καὶ σολύμοισι μαχέσατο, id eſt, aduerſus Hieroſolymitanos pugnauit. Nec mirum eſt illos populos, ita omnibus terrori fuiſſe, vt quibus præſens deus adeſſet, reſque illorū præter vota humana tractaret, vt putaretur præſtantiſſimus inter mortales merito, qui poſt confertum prœlium manus illorū effugeret. Vrbs ipſa multis nominibus inſignis eſt.

Quam Dauid ab idolorum cultu ad deo ſacra traduxit.
Quam Ieſus Chriſtus ſuis prædicationibus, morteque
ac reſurrectione ſua longe omniũ celebratiſſimam red-
didit. Ieruſalẽ dicitur Ioſue. 18. ac in toto nouo teſtamen
to. Monumenta Emorrhæi periere. Gergaſſæus, quem
Hebræi Girgaſſi dicunt, nomen impoſuit regioni Ger-
geſſenorum,, & mari Geneſar, id eſt, tyberiadis. quæ vo
cabula variæ efferimus ab interpretibus Chaldæis, ab
Ankelos, gineſſer, Numero. decimo nono. & a R. Iona-
than, Ioſue decimo tertio, ginoſſer, præferendo. Græci
geraſenos appellant, priſci nominis quadam vbique ſer-
uata affinitate. Memoria Heuei cum homine obijt. Ara-
cheus ciuitatem Archam, quæ perperam Ptolemæo &
Orontio illius in ſua charta tranſcriptori, Area legitur,
conditam reliquit. Sineus montem Melanum in Arcti-
ca Arabiæ deſertæ parte Sineum vocauit. Nos ſinai. Il-
lic vna manſionum ſtationumve filiorũ Iſrael ex Aegy-
pto redeuntium, fuit. Ptolemæus dicit motem Sina, Pau
lus eodẽ vocabulo nuncupat, vbi legis & euangelij gra-
tiæve allegoriam tractat, dum ait, Sina mons eſt in Ara-
bia coniunctus ei qui nunc eſt Ieruſalem &c. Aruadi ſeu
Aradi conciſo vau, habitauit Aradon inſulam Paleſtinę
obiectam, vnde populi in Syriæ continente illi oppoſito
Aradij dicti, & aduerſo littore vrbs Antarados nomina-
ta eſt. Tzemari vrbem Tzemaram de ſuo vocabulo di-
xit, illam ſcilicet quæ tribui Biniamin ceſſit, non Sama-
צְמָרִי riam illam vulgarem. Nam & ὀρθογραφία & χωρογραφία dif
שֹׁמְרוֹן ferunt admodum. Hæc per tzade ſcribitur, illa per ſſin,
hæc á lana, illa a cuſtodia dicitur. Iſta tribui vni data eſt,
Samaria fuit alterius. Aemathi fuit vocabuli author He
mathæis, quos ſuo ſæculo patrio vocabulo ita teſtatur Io
ſephus appellatos populos circa Epiphaniam, quæ an-
tea Hemath dicebatur, habitantes. Quidam contendunt
Antiochiam olim id vocabuli habuiſſe, quod magnitu-
dine eſſent pari & totius orientis frequentiſſima em-
poria. Hactenus de Chamo & ſua poſteritate. Nunc vi-

deant quomodo rerum originem tradent, qui linguam omnium antiquiſſimam inutilē prędicant. Reliqua proſequor nō ad argumēti, quod probatiſſimum credo, demonſtrationem, ſed ne in aliqua rerum origine tradenda defuiſſe videar, vt hac mediocri noſtra diligentia excitentur abſolutæ eruditionis viri ad abſolutā argumenti tractationem. Iaphet quem profanæ hiſtorię Iapetum & Attalum nominant, habitauit orbis partes literis aut fabulis Græcorum celebratas, ab Aſſyrijs & Medis totā Aſiam minorem, & notiorem ad Tanain vſque & inſulas maris Mediterranei, atque orientales Europę partes. Tanquam omnium hominū antiquiſſimi illius meminit Horatius, quū ait, Audax Iapeti genus, ignē fraude mala gentibus intulit &c. qui locus dſumptus eſſe ex Heſiodo in Ergis & Hemeris ubi de rerum origine ac ſeptē mundi agit ętatibus, videtur. verba illius iungo.

Ιαπετιονίδη πάντων περὶ μήδεα, εἰδὼς
χαίροις πῦρ χλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ὑπεροπεύσας
σοί τ᾽ αὐτῷ μέγα πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι.

De Prometheo Iapethi filio loquitur ibi Iupiter.

Locus iſte totus apud Ouidium in Metamorphoſi traductus eſt. Non abſimile, ſed paucioribus, ſexto Aeneid. tractat Virgilius. Omnes enim, quod ſępius dixi, quadā vulgari fama, ea quę Moſes ac vniuerſi Chaldęorum ſapientes ſcripſerant, de mundi creatione ac primęua illa hominum ac rerum origine, acceperant, quę paribus inuolucris a Platonicis & Pythagoręis erant deſcripta, nec obmiſſa fuiſſent ab Ariſtotele ipſo, niſi quadā diuerſitate, & ingenij confidentia, voluiſſet tum cęteris omnibus fieri aut ſaltem videri diſſimilis, cum pręcipuum vnum illud habere, vt in pręceptorem, ac eius placita inſurgeret. At fortaſſe non ita prouidētię viſum erat, ſcilicet antequā lux ipſa rebus denuo reſtituendis affulgeret Chriſtus, noluit profanis hiſtorijs immiſceri ſacras, cuius rei fidem fecit Theopompus hiſtoriographus, qui quum ſuis nugis ſacram vellet admiſcere hiſtoriā, cęcitate per-

cuſſus eſt quoad deſtiterit, temeritatiſque pœnituerit. Vt igitur ad rem redeam, profani omnes authores Iapeti tanquam ſui generis antiquiſſimi meminere. Genuit autem iſtos liberos, Gomerum, Megogum, Medain, Iauan, Tubal, Meſſech, Thiraſſ. Gomer vero, iſtos Aſkenaz, Riphath, Togorma. Iauan autem Aeliſſa, Tharſis, Cithim, Dodamin. De omnibus dicamus. Ioſephus ait olim Galatas dictos fuiſſe Gomeritas a Gomero, Quod nomen interijſſe in illa incurſione Britannorum & Gallorum per totam Europam vſque in Aſiam puto. Crediderim tamē facile Comaros populos ad Aſſyrios & Medos pertinētes affinitate literæ ab eo dictos. Pomponius Mela illorū in Aſiæ Mediterraneis meminit. Ptolemęus vrbem Gomaram ad Aſſyrios pertinere dicit. Magog Magogas ſeu Maſſagetas vel Magagetas Scytas nominauerat olim. Scythæ dicti ſūt Græcis τ in θ, quod crebro pellibus pro indumētis ob ingentia frigora vterētur, σκύτος enim corium Græce dicitur. Medai Medos nominauit. Iauan Iones. Quo nomine vniuerſos Græcos omnes orientaliū lingug pariter vt Hebraica hodie nuncupāt. A Tubal quem Iobal aliqui dicunt, vocabātur olim Hiſpani & Itali. Nil mirum tātam antiquitatem inter lingug latinæ lenocinia locum perdidiſſe. Iam temporibus Ioſephi vocabātur Hiberi quod vocabulū nūc vulgaribus plane ignoratur. Quos populos Meſſec nominauerit nō reperio, niſi affinitate nominis credā Moſchos illos quorum meminit in Aſia Mela cum ſuis Corſitis, Phoriſtis, Riphacibus, Rhophanis, Dahis, Bomareis, & huiuſmodi longe iſtis durioribus, & tantū vocabulo cognitis nominibus. Ab illis veniſſe Moſcouitas, & ſi nomen non ſuccurrit, non ſine authore dico. Thiras Thraciæ nomen dedit. Hęc nomina q̄uis frequentiſſime Gręci celebrant, illorum tamen originis ſunt ignari, nec aliud in omnibus norunt, niſi res illas, quarū origo illos lateat, in genealogiam confictam quorumdam deorum referre. Magogi ſeu, Maſſagi filius prim⁹, dixit Azhnazim Germa-

nos, qui primum ex partibus Septetrionalibus irrupere in ea loca vbi nunc agunt. Nam vt primum a Medis ſeu Aſſyriis traductæ ſunt in toto orbe Coloniæ, vt Iaxamatas Meoticos ait Plinius ab illis deſcendiſſe, ita quadam hominum feracitate frequentiſſimis incurſionibus ſolēt inde inuadere alias orbis partes. Sycābri, Germani, Hunni, Gotti, Vādali, Perſæ noſtri ſæculi, Turchæ, Cercaſſi, id eſſe verius quam par ſit affirmant, reque ipſa oſtendunt. Vocabulo Aſhenazim Hebręi, etiā Aſiatici, Germanos hodie appellāt. Riphat Ripheis populis quos alio nomine Hebraico Sarmathas pro Aſſarmauthas dicim⁹, ac mōtibus, originē nominis tribuit. Togorma genuiſſe illos qui hodię turchę nomē audiūt, vox qua ab Hebręis ita hodie compellātur, mihi cōfirmat. Iauan vero poſteritas, ita habet. Eliſſa primus liberorū illius, ęolos in Aſia nominauit, deinde Elidē regionē in Peloponeſo vel Morea, relicta vrbe Elis nomine, Ptol. Straboni aūt Eliſia vocata. Alter eſt Tharſis qui Priſcū nomē Cilicię dederat, quod remanſit Tarſo vrbi eiuſdē prouincię, quę ita olim florebat, & ſtudiis, & frequētia mercinoniorū, vt mater vrbiū authoribus humanitatis diceretur. Verū quia dictio Tharſis ſæpiſſime diuerſa ſignificat in ſacris, nō erit pręter inſtituti noſtri rationem de ea aliquid diſceptare. Hic, Geñ. 10. & Iudith. 2. ac Ionæ. 1. accipi pro Cilicia certo conſtat. Alibi, diuerſa loca, quę tamē cōiectura vehementi liceat aſſequi, notat. Locus. 3. Reg. 9. eſt nobis primo attingēdus. Claſſē quoq; fecit rex Salomō, in Aſion geber, quę eſt iuxta haillā, in littore maris rubri in terra Idumeæ. Hac voce Ophir, Tharſis intelligi apparet in Paralip. 2. ca. 9. vbi hāc retexit hiſtoriā. & eo. li. ca. 20. vbi poſteros reges ait etiam, in Aſion geber naues ornare ſolitos, vt in Tharſis mitterent, quum autem improperant principibus huiuſmodi pecunię ſtudiū, prophetæ, perpetuo ſub noīe Tharſis nuſq̄ ſub ophir, id faciūt. Nec reperio quod multi doctores volūt, vbi pro mari illa vox accipiatur. Quū enim ait Dauid, Reges Tharſis & inſu-

læ,quo loco nituntur quidã mare intelligi,& reges Arabiæ & Aethiopiæ dona oblaturos,nõ de regibus piſciũ, aut aquæ, ſed terræ,intelligit. Verum crediderim facile de Maritimis locis & inſulis,id dixiſſe.Ophir certe videtur locus quidam propior ob vocabuli familiaritatem,& in eo loco,vbi olim priſci Coſmographi ſtatuebant,imaginabanturve auream Cherſoneſum, vbi hodie eſt Malacha,Tharſis autem eſt remotior locus, vt nauigatione ipſa conſtat. Illic enim (in Regum, & Paralipom. libris dico) ſcribitur, ſingulo quoque triennio nauigationem compleri ſolitam,quę aurũ,argentum,lapides precioſos, aromata,ſimias,pauones, hebenum, & huiuſmodi adferret, quæ omnia mihi itineris, a ſinu Arabico,ad Moluchas,ac continentem terram in ſinu maris Sur, illis omnibus rebus ac amplioribus regiones refertiſſimas, rationem adaugent. Erat enim illic nauigandum per Mare flexuoſum, ac tum temporis non ſatis cognitum, inſuliſque plenum,plus minus,per 150. gradus longitudinis æquinoctialis, vbi etiam ſolet magna paucitas ventorum eſſe. Hæc de Tharſis boni conſulas. Cithim vbi Cyprios Cytiæos appellaſſet, illicque vrbem Citium, quæ nobis Zenonem philoſophum peperit, de ſuo nomine vocatam reliquiſſet, contendit, ſi Beroſi compendio credimus,in Italiam,Quę inde ab Hebræis omnibus Cithim dicitur, quo nomine generali Maris mediterranæi inſulas Ioſephus,ſuo ſeculo nuncupatas aſſerit. Non me latet,Eſaiæ.66.Italiam Tubal appellari,quę vox confuſionem notat. Quam vocem in communius vocabulum mutatam,auſus eſt diuus Petrus, & Hieronymus Babilonem(illius præcipue caput,Rhomam intelligendo)id eſt,confuſionem,vnde olim exiret omniũ vitiorum orbem totum infectura colluuies, nominare, qui locus luce clarius a Petrarcha duobus teſſareskedecaſtichis declaratur.Dodamin affinitate elemẽtorũ Rhodanim,id eſt,Rhodios ſeu Coloſſenſes nominauit. Dalet ד.enim & ר reſſ. habent plurimum in figura affinitatis. Nunc

tis. Nunc de Sami poſteris quicquam attingemus. Primus illorum fuit, Elam a quo Elamitę orientales populi ad Perſas attinentes dicti ſunt. Aſſur Aſſyriæ nominis fuit author. Illa regio attingit Meſopotamiam, Medos, & Armenicos. Vocabulum Aramæorũ olim Syri orientales audiebant, Ab Aramęis deductio tam gentis quam nominis Armeniorũ fuit. Cętera nomina quia in orientalibus partibus Aſiæ ſunt, a nobis diſiũctiſſimis in locis collocata, nobis ita ſunt obſcura, vt præter nomina, nil plane niſi quiddam coniecturę habeamus. Hus Trachonitidem regionem, vnde fuit Iiob, nominauit, terrã Hus, quæ eſt inter Palęſtinam & Syriã, quam alij κοιλοσυρίαν id eſt humilem atque depreſſam Syriã vocant. Septuaginta interpretes αὐσῖτιδα terram dixerunt, quam vocem quidam ſciolus theologus auſtralem ex voce auſitidos, dixit, putans auſtrum, id eſt, notum & auſitin habere aliquid affinitatis. Arphaxad nominauerat Chaldæos olim Arphaxadeos. Habitauit iſte in Septentrionali parte Aſſyriæ, quæ Ptolemæo in quibuſdam codibus dicitur Arrachitis, in alijs Arrapachitis in vtriſque perperam, vt & in Orontio tranſcriptore, quum ſit legẽdum Arphaxitis. Patebant autẽ Chaldæi in Babilonia, Aſſyria, Adiabæna, Coeleſyria, Syria, Arabiæ parte &c. Gether habuiſſe Bactrianos fama tantum ſcimus, ſicut & res ipſas orientales, nec antiquis coſmographis, nec noſtro ſeculo ſatis cognitas puto. Fuit enim illic perpetuó neſcio quid Barbariei interpoſitũ, ne res illorũ nobis cognitæ eſſent. Aſſarmauet fuiſſe Sarmatarum ſeu Sauromatarum Scytarum authorem, vocis affinitas ſatis declarat. Heuila alterum nominauit Indos Oriẽtales, quos gihon ſeu Ganges alluit, vt primus Heuila Indos Africanos, Seu Aethiopes. Ophir videtur nomen reliquiſſe illi prouincię auriferæ de qua ſuperius in Tharſis egi. Potuiſſẽ longe plura ad hoc argumentũ adducere ſi Anniũ viteribiẽſem, Manethonis, & Beroſi fragmẽta voluiſſem

ſequi, verum nuſquam quicquam mihi viſum eſt ſcri-
ptu dignum niſi rationem & authoritatem probatiſſi-
morum authorum conſentaneam habeat. Quale hic ex
Moſe, Ioſepho, & Hieronymo feci. Nolo ad cōfirmatio-
nem huius antiquitatis, adferre authorum nomina quo-
rū Ioſephus primo antiqu. cap. 10, meminit, & quos ἐν τῷ
τῆς αὐτοκράτορος λογισκοῦ citat, Iudaicæ antiquitatis &
Chaldaicæ teſtes ampliſſimos, ne actum quod aiunt,
agere videar. Fidem faciūt huius rei traductæ in toto or-
be Coloniæ, quæ perpetuo ab oru in occaſum ſub ipſa
rerum origine, ductæ ſunt, non econtra. Authores etiam
humaniorum literarum, tam Latinis quam Græcis lite-
ris ſcripti, huic cauſæ patrocinantur. Vt interim cæteros
omittam, ac vt elegantiſſimū & facile inter hiſtoriogra-
phos Latinos primum, ita fideliſſimum Saluſtium adfe-
ram, is inquam, in tota Africa traductas olim a Perſis,
Medis, Pheonicibus, Armenis &c. (qui populi omnes e-
rant Chald.) Colonias recitat ex multis authoribus, qua-
rum tamen rerum fidem penes illos relinquit, quem lo-
cum, ne quid nos dicas confingere in Iugurthini belli
hiſtoria videre poteris. Hiberos populos, ab Aſiaticis
deductis a gente Chaldæa, in extremo Europæ angulo,
atque adeo in continentis occiduo fine, habuimus. Alba-
nam gentem olim his de ſedibus profectam, aluit Italia,
Grecię etiam illa pars quæ fere ad Acroceraunios Græ-
ciæ montes agit, hinc ſuam agnoſcit originem. Gallos a
Germanis deſcendiſſe non eſt præter hiſtoricorum fidē.
Galatas (quod nomen olim Gallorum fuit) omnes popu-
los ab Iberia in Scythiam vſq; dici a Rhomanis ſuo ſęcu-
lo, author eſt Diodorus Siculus. Illos Germ. Scythia p-
fectos (quāuis hodie quidam inter αὐτόχθονας, Athenien-
ſium vt puto emulatione, id eſt, indigenas ſeu terrige-
nas illos reponit) maior hiſtoriographorum pars aſſerit.
Scythas vero a Chaldæis ortos, quibus eſt contentio ve-
ritate prior, antiquiorque ſoli negant. Volo autem oſten-
dere non ſolum deductas in toto orbe colonias, ſed &

vſum legum quas credunt antiquiſſimas, & diſciplinarum, & literarum, Græcos a Phœnicibus Chaldæiſve habuiſſe. Draco, quem primum legiſlatorem, ἀυτόχθονες, Athenienſes agnoſcunt, quique ob magnā ſeueritatē leges humano ſanguine ſcripſiſſe dicitur, non aliunde ſuarum legum præſcripta habuit, quam a ſapientibus Chaldæorum, & Aegyptiorum, ac Hebræorum. Olim enim ob viciniam vnum genus erant, quod ad linguam & diſciplinas attinet. Diodorus Siculus ex Herodoto, & multis alijs, tradit, Solonem Draconicæ ſeueritatis moderatorem, Orphęum qui primus apud Græcos aliquid ſcriptum verſibus reliquit, Homerum in quo, vt ait Plutarchus, omnes diſciplinæ tam diuinæ quā humanę erant, Demum Pythagoram ipſum, Memphiticos adijſſe vates, Vnde Solon leges illas ſcripſerit, quas appetendas Rhomani a prima illa luce magis ſemoti duxerint, Orphæus, vt qui primus æquitatis præcepta rudibus declararet hominibus, poſt ſe ſaxa, arbores, bruta animalia traxiſſe dicitur, Homerus illa ſcripſit quæ nullus mortaliū non habuit maxima, Pythagoras, ſanctiſſime de diuinis & humanis rebus, & quaſi prophetico more diſſeruerit. Platonem, quem merito diuinum tota credidit antiquitas, ſua tam ſancta vitæ præcepta, quæ nobis latinę Cicero tradidit, quæque apud ipſum legimus, ab Hebræorum, Chaldæorumve ſapientibus habuiſſe, omnibus eſt in confeſſo. Cuius ſententiæ & Pythagoricæ, Ariſtoteles homo ad quiduis in quamcunque patem libuerit (titulo quo eum donat Galenus in eum vtor) perſuadendū natus, alioqui non raro claudicans, contrauenire frequētius, contradicendi ſtudioſiſſimus voluit, in his pręcipue quæ de mundi æternitate, ac de animorum immortalitate, tradiderunt. Homo proculdubio ingratiſſimus in eos per quos profecerat, quique non raro ſoleat quadā perſuadendi fœlicitate, ea in alijs confutare, quæ deterius ipſe docet. Diſciplinæ mathematicæ, quas iure in primo certitudinis gradu reponit ipſe Ariſtoteles, a Chaldęis

ſunt deſumptæ. Quod autem Græci tam tarde de rebus ipſis ſcripſerint, vt videantur ipſis tam longæua etiam in 4000. annorum geſta, ipſa vetuſtate a veritate aliena, fuit in cauſa tardior literarum vſus; Illas enim a Cadmo anno mundi 3700. aut circiter, Thebis Aegyptiacis, in Phœniciā Palæſtināve profecto, accepiſſe ſe fatentur. Quarum tamen fuit vſqueadeo tum paruus aut nullus ipſis vſus, vt non immerito quęſitū fuerit an illis, Troiæ temporibus vterentur, trecentis poſtea annis. Merito enim dubitabatur ab antiquitate, quonam pacto poſſet fieri, vt Græci homines ingenio ad gloriæ & immortalitatis ac famæ cupiditatem nato, qui nuſquam in ſuis rebus hiſtoricis, ex muſca non faciunt elephantum, ita abſtinuiſſent a priſca illa heroica ſuorum virtute celebranda, & literis mādanda (nec enim, ſola comptos arſit adulteri crines Helenæ) vt nullum monumentum ante Troiana tempora apud vllos literis mandatum ſculptumve fuerit. Si enim tale quicquā fuiſſet, certe memoria quadam vel Homeri diligentia, qui de nulla re fere nō egit in ſuis Rhapſodijs, perueniſſet ad poſteros. Etiam aliqui crediderunt (quibus tamen ipſis, non acquieſco facile) Homerum ipſum olim literis caruiſſe, ſuumq; poema cantando, multos illud docuiſſe, quod multorum auditorum illius, memoria recuperatum in tot libros quorundam diligentia excreuerit, Rhapſodiæque nomē inde habuerit. Sibi faciunt huius rei fidem, quod in illis libris ſunt multa abrupta, aſyndeta & tam magno viro indigna. Certum eſt equidem tenui quadam fama res exterorum tum circumferente ad tantum virum, neceſſe hunc fuiſſe, fabulis multis ſuum infercire poema, nulla certe hominis diligentiſſimi culpa, ſed temporum iniuria. Græci certe tum primum inceperunt ſcribere & philoſophari egregie, quando res Aegyptiorum, Chaldęorum, Hebræorum, inclinari & in deteriorem conditionē abire cœperunt, ita fato naturave res mortalium pro arbitrio agente, vt hodie videmus Athenas ipſas delatas

apud Germanos,Gallos,Britannos, Hiſpanos nomine
Barbariæ aliquãdo īfames populos,exciſis illis ãtiquis,
& ī vicũ ſeptẽ aut octo ędiũ redactis,tranſijſſe, vt & Chri
ſtũ ī oriẽtis partibꝰ proculcari, & nobis cõtẽni ī occiduis
a Barbaris, ac ferocibus hominibus excipi.Iam quum in
Græcia literis honos eſſe iceperat, Beroſus qui res Chal
dęorũ, quæ in ære ac coctis lateribus, etiã ante diluuiũ,
diligẽter literis exculptis ſeruabãtur, Manethõ qui Ae-
gyptiorũ, Moſes qui res Hebręorum ſcripſerat,ita erãt
vetuſtate ipſa iam quaſi corroſi,vt vix facerent poſteris
fidem.Hinc,a duobus illis primis quum res olim geſtas
(Nam vt Moſis lex erat ſanctiſſima, ita ſummopere ca-
uebatur ne illa profanaretur,ac illis permitteretur homi
nibus qui nugis diuina infercirent) Herodotus ac illius
imitator Diodorus Siculus accepiſſet, tot annexas
fabulas immiſcuit,vt incredibilis bona pars il-
lius hiſtoriæ facta ſit.Sed neſcio quomodo
dum volebam de lingua dicere,tranſij
etiam in gentis antiquitatem,vn-
de ne ſim prolixior, me
recipio.

OMNES GRAMmaticas linguas, præcipve orientales, hebraicæ affines, locutione,ſignis aut vocibus eſſe.

HIc animaduertes candide lector,Grãmatices Hebraicæ fundamenta, rudimentave intelligi,Nominibuſque literarum Hebraicarũ debere, & cæteras aliarũ linguarum eiuſdem prolationis capi. Omniũ characteres in noſtro libro duodecim linguarum introductorio,habes. Latina & Græca lingua vt recentiores & maiori diligentia excultæ ſolæ omnium linguarum declinationem nominis participijque mutata caſuatim voce, nouerunt,dictionibusq; cõſignificatiuas particulas quas Hebręi,& cæteri literis tantũ,efferunt,vnde remotiores a naturalibus fiunt linguis.Naturales autem linguas voco,quæ ſine fuco docent,quę paucis verbis(qui finis & ſcopus eſt humanæ intentionis, ac omnium rhetorum)multa comprehendunt ac docent, quum breuiſſimis illis tamen claris dictionibus,ac citius vna ſyllaba quã duabus,vel litera vna,ſenſum explicant, quales ſunt omnes illæ quæ Hebraiſmo debent originem, vt eſt Chaldaica, Arabica, Indica, vt & hodiæ eſt vulgaris Turchica,Tartarica,Perſica. Perſæ enim noſtri ſęculi Scythia ſeu Tartaria originem trahunt.Ad rem.Vt officia literarum Hebraicarum ſunt ita,& Orientalium. א. Aleph enim vt Hebræis primæ perſonæ futuri temporis ſingulari præfigitur,ita & in cæteris.Vt puta,Eliph idẽ facit Arabibus, Aleph vel oleph Chaldeis,A.primum indis.Præterea eſt Arabibus tam frequens in officio, vt pauca ſint nomina aut verba quin aliquod eliph habeãt.In nominib⁹,in principio eſt loco articuli, per ſe aut cum lem,eſt ſignum interrogandi per ſe,aut cum ie præcedente.

In medio nominum facit pluralia illorum,aut declinationem notat.In penultimá ſyllaba nominis,ante nun facit nomē dualis numeri(quod quādoq; etiam fit in in, præcedente ic)ante ta, vero, facit plurale fœmininum. In nominis fine etiā non raro facit plurale.In verbi autem principio,præter illam perſonam futuri præfixū verbo neutro,illud facit tranſitiuū.format diuerſas verborū formas,notat ſecundā perſonam imperatiui in omnibus numeris uerſo tamen puncto a voce futuri . In vltimo loco verbi notat dualem numerum ,& vau præcedente pluralem,dualem in futuro ſequente nun.Coniugationem paſſiuā notæ actionis,non raro, Chaldęis autem autem ſuū oleph,hæc officia habet.omnibus fere nominibus a lingua hebraica in hanc traductis,accedit oleph paragogicum in fine ad Chaldaici nominis formationē,vt דם ſanguis Heb.דמא ſanguis Chaldaice.Eſt loco he Heb.ad formationem cōiugationis hihil.non raro eſt ſignum pluralis numeri,in nominibus,aliquando etiam notat fœminū genus ab adiectiuo formatū Format præterea coniugationem paſſiuam omnium ordinū verborum cum tau ſequente,quæ forma parū differt a coniugatione hitlipael Hebraica ſi loco he,aleph ponatur.Indis ſuum a,eſt frequentiſſime loco negationis,tunc adiungitur in principio dictionis cum pūcto i.cum ma vero in principio,valet a, ab,ex,de,abs. cum cha autem,negationem prohibitionem ve, illic cum puncto o,hic cum a breui ſcribitur.

ב, Beth,in omnibus idem valet.in,per,propter,cum,pro.

ד, Daleth non ſeruit Hebraice,Chaldaice vero eſt loco ש Hebręi poſitū loco qui,quę, quod,& coniunctionis quod,& loco He emphatici articuli,vbi frequentiſſime ponitur.Loco illius,ad eadem officia Indi ſuo Za H,vtuntur. Armeni etiam ſuum za habent, pro articulo.

ה,He eſt Hebræis articulus genitiui ac nominatiui,ac emphaticus ſeu demonſtratiuus articulus in omnibus caſibus niſi in datiuo . Eſt præterea ſignū coniugationis hiphil,hophal,hithpael .eſt etiā ſignum interrogationis cum hateph pathah.

' In aliis linguis in principio non ſeruit. In fine autem Hebræis, eſt ſignū fœminini generis,tam in verbis quam in nominibus.eſt & motus ad locum,quod hodie cum Turchis & Tartaris cōuenit. cum punctulo autē in medio eſt relatiuum fœminini generis eius, ei,eam.ſuus,ſua,ſuum.Cum eodem,eſt eadem ſignificatione Chaldæis,ſi illam pręcedat Cametz,vel ſi ſequatur aleph.Si vero pręcedat iod, tunc eſt idem relatiuum maſculini generis . Indis cum.

punčto u,eius,ei,eum,facit,cum i,eius,ei,eam. Arabibus præter prædicta Chaldæorum officia, eſt & nota fœminini, ac pluralis nominis præcedente ie.ו,Vau in omnibus in principio dictionis valet coniunctionem copulatiuam,&, etiam, atque, præterea &c .'Loco illius Fœni nõ raro vtuntur ſuo phe Hiſmaëlitico,cuius nõ ſemel eo vocabulo meminit R. Dauid Kimhi in ſua grammatica,quem locum Sanctes pagninus in ſua ex eo traduxit.In omnibus in fine facit plurale verborum,ſed illi, Arabes addunt eliph. Hebræis ſolum eſt relatiuum maſculini generis in fine,loco cuius Arabes he ſolo cum puncto tzum vtuntur,quãdo addunt illi Eliph eſt fœminini generis. Format non raro quædam pluralia Arabibus in dictionis medio poſitus. De hac re vide tabulas noſtras.י,Iod in omnibus eſt tertia perſona vtriuſque numeri maſc.& futuri temporis.In fine autem,valet meus,mea, mea,meum.Punctus i,Indis idem poteſt ac litera, quemadmodũ & u:punctus,loco vau.Imperat fœm.g.ſing.num.in iod Heb. & Chaldæis deſinit. In omnibus linguis in medio ſæpiſſime ponitur ad formandas varias nominum ſpecies.

כ,Chaph.in omnibus, in principio eſt loco aduerbij ſimilitudinis, vt,ſicut,velut,tanquam.Illi ad hoc munus Indi addunt ma,dicẽtes cham.In fine omnibus idem,tuus, tua, tuum.eſt tamen aliqua puncti differentia,cum Cametz Heb.valet idem maſc.g.cũ ſcheua vero fœminini. Chaldæis cum ſcheua perpetuo, vtrumque vt vult Munſterus, cuius pace dixerim, In maſculino enim eſt cum ſcheua,ſed in fœminino frequentiſſime eſt cum Iod.quod in toto veteri & nouo teſtamento ita habent hodie Chaldæi Chriſtiani. & conuenit illud Arabibus qui quum eſt maſculini generis ponunt punctum phathſah,quum eſt fœm.ponũt cheſre.Ponitur pręterea Cha Indis in verbi pręteriti perſonis,in omnibus locis vbi thau folet ſcribi,ſeruatis tamen Arabum punctis, quos habẽt viciniores.vt Har,harcha,harchu,harchat,harchum,harchun,haru, harna,id eſt,Iuit,iuiſti,iui,iuit,fœ.g.iuiſtis viri.iuiſtis fœminæ,iuerũt, iuimus.

ל.Lamed in omnibus a capite eſt datiui ſignum,& præpoſitio in, ad,cum,ob,per,pro,propter. Arabes cum illa negant ſi accedat illi eliph,aut mim, alioqui eſt ſeu ſignũ imperatiui,præfixa verbis.

מ,Mem a dictionis principio valet,a,ab,ex,de.Hebræis cum num ſequente,alijs nequaquam ſine nun.Indis vero,præcedente eliph vt dixi.In fine vero valet eorum,eis,eos Hebræis,alijs, idem, ſed raro ſine he,præcedente.

נ,Nun

נ, Nun vbi fecit Hebræis coniugationē, niphal quā paſſiuā primæ vocant, eſt in omnibus eodem officio. In capite enim verbi notat primam perſonam pluralem futuri temporis. Arabibus vulgaribus, etiam primam ſingularem facit. In fine autem: ſiue per ſe, ſiue cum he præcedente valet earum, eis, eas. Indis tamen per ſe tantum. ſi pręcedat caph, valet veſter, veſtra, veſtrum, vobis, vos fœminini generis, quēadmodum chaph & mem, valent idem maſculini generis. Chaldæis & Arabibus non raro facit pluralia nomina, Arabibus quidē pluralia præcedente ie, vel vau, dualia vero præcedente eliph, & aliquando ie. Indis frequenter pluralia nomina in na literam deſinunt, alioqui eſt ſumma illorum varietas, vnde adductum olim puto Potkanum illum vere philogloſſō hominem qui nobis Indica tradidit, aſſeruiſſe, nullas eſſe grammatices regulas apud ipſos, quod eſt falſiſſimum. Sed ille conductis Nubianis, nobis hæc edidit, quemadmodum & Augu. Nebienſis pſalterium, quorundam ſibi captiuorum Arabum diligentia, nobis tradidit. Nun præterea, in aliȷs ab Hebraica linguis valet noſter, noſtra, noſtrum, quod Hebræis non fit ſine he, Arabibus nuſquam ſine eliph ſequente. Potkanus.

פ, Phe tantum Arabibus ſeruit eo officio, quod in vau ſupra dixi. Solet aliquando quaſi cuiuſdam ornatus gratia paæfigi dictionibus ſine manifeſta ſignificatione, alioqui valet, quoniam, equidem, certe, at, verum, ſed, &c.

ש, Sſin eſt Hebræis qui, quæ, quod, relatiua, & coniunctio quod, non ſecus ac dalet, Chaldæis, za, Indis.

ת, Thau in omnibus eſt eiuſdem officiȷ. In capite enim verbi notat ſecundam futuri perſonam maſculini generis, ſingularis, & pluralis, & tertiam fœmineam vtriuſque numeri. Habent enim hæ linguæ omnes ſuum in verbis genus, quod mirum eſt, quam certas illas reddat. Hæ linguæ omnes more motus cæleſtis & temporis, obſeruauerunt ab Hebraica diſpoſitiones tēporum in verbis ipſis. Itaque, vt natura præcedit præteritum, inſtat præſens, ſequitur futurum, ſic in iſtis linguis præteritum omnē anteit actionem. Participium præſens eſt ſecundo loco. Tertia ſedes eſt futuri. Omnes, præter Indicam quæ more noſtro legitur, a dextra ſiniſtram verſus ſecundum ſolis & planetarū motum, legūtur. Literę האמנתי heemāthi voce fictitia ita dictæ Hebraice, ſolēt non raro pręter prædicta oīa officia, formare quaſdā deriuationes nominū. Hebræis quidē omnes in capite vel fine. Aliȷs autē Aleph, Tau, Iod, vbique, mem in principio tantum, He, num, in fine tantum.

Reliqua omnium grammaticæ argumenta, nullo negotio plane poſſunt intelligi, ab illo qui in Hebraiſmo aliquantum inſudauerit. Nunc quemadmodum & literarum officijs oſtendimus affinitatem, ſupereſt vt idem quibuſdã fiat dictionibus, vt his inde veritatis argumenti noſtri ſit teſtis lector diligens, aliarumque vocũ faciat coniecturam. Quia vero de Chldaiſmo ſatis conſtat argumentum illi qui Aruch Hebraicę ſcriptum, aut, Latine a ſancte pagnino datum viderit ſeu Munſteri grammaticas introductiones Chald. legerit, eſſe veriſſimum, illam vocum affinitatem in Chald. ne ſin tedioſus obmittã. Onkelos enim & Ionatham ſatis aperiũt. Illorum metaphraſis in totum vetus teſtamentum te docet, quam cæcutiamus & quam hallucinemur in ſacris, ſine Hebraiſmi cognitione, & quã infeliciter in prophetis præcipue verſemur, niſi troporum & locutionum Hebræis ipſis familiarium ſimus periti. Præterea quum quædam de dogmate oboritur contentio, nuſquam illorum ſententiæ vllus Iudęus contrauenire poterit. Quamobrem te cupiam diligentiſſime in illa verſari, antequam veri ſcripturę interpretis nomen tibi vendices.

VOCES QVÆdam Arabicis & Hebraeis communes.

Arabicæ.	Heb.		Latinæ.
hum	הם	hem	illi
hun	הן	hen	illæ
chum	כם	chem	vos ma.
chun	כן	chen	vos fœ.
ni	ני	ni	me
taht	תחת	tahac	ſub
ala	עלי	ala	ſupra
caul	קול	col	vox
nephs	נפש	nepheſſ	anima
ani	אני	an	ego
ied	יד	iad	manus
ein	עין	in it	oculus
beith	בית	ba	domus
rab	רב	rab	dominꝰ
ab,aba	אב	ab	pater
ben, ibn	בן	ben	filius
eil	איל	aiel	ceruus
zara	זרוע	zeroa	brachiũ
ruh	רוח	ruah	ſpiritus
codus	קדוש	cados	ſanctus
ſamai	שמים	ſamaim	cœli
mai	מים	maim	aqua
caucab	כוכב	cocab	ſtella
chelb	כלב	cheleb	canis
arz	ארץ	aretz	terra
rigel	רגל	regel	pes
adam	אדם	adam	homo
melich	מלכ	melech	rex
raſſ	ראש	roſſ	caput
coul	כל	col	omnis
em.	אם	em	mater
teba	טבע	etzem	os
etzem	עצם	teba	natura
dem	דם	dam	ſanguis.

In prima libri trāſcriptione, quā triennio antequā adirem Cōſtātin. Arab. diſcēdi gratia, ſcripſeram, erant lōge plures dictiōes, quas vt poteram tum quaſi quadam coniectura pūctis deſtitutꝰ linguæ Arabicę, collegerā infinitis ſudoribus: illas tamē tędij vitādi gratia potiſſimum, obmiſſas volui, & aſſeruatas noſtris grāmaticis. Sed quia Mūſterus vſqueadeo lōge ab Hebraiſmo linguā Indicā reĳcit, viſū eſt immorari paululū in altera argumēti illius parte. Quāuis enim ſæpiſſime punctis differāt, tñ verborum themata ſeu radices, vt vocāt frequētiſſime ſunt, aut Hebræis, ob originē, aut Chaldęis, ob affinitatē, aut Arabibꝰ ob viciniā & conuictū aſimiles.

Indicæ voces com-
munes Hebræis.

Indicæ.	Heb:	Lati.	Indicæ.	Heb.	Lat.
Lob	לב leb	cor	moi	maim	aquæ
beth	בית beth	domus	ſſam	ſem	poſuit
ſſem	שם ſem	nomen	tahat	tahat	ſub
ain	עין ain	oculus	hodu	hod	adhuc
naphus	נפש nepheſſ	anima	ouaph	oph	volucris
raſia	רשע raſa	malus	an	ani	ego
hataa	חטא hata	pctõr	chum	chem	vos maſ.
tzadic	צדיק tzadic	iuſtus	chun	chen	vos fœ.
ſſalem	שלום ſalõ	pax	ni	ni	me
chulo	כל col	omnis	al	hal	ad.
otz	עץ etz	lignum	mu	mo	eorũ. eis
lamant	למה lamah	quare	caduſſ	cadoſſ.	ſanctus
molach	מרך melec	rex	macdas	mil,daſſ	ſctũariũ
com	קם cã vł cõ	ſurrexit	valed	valed	filius
roſſ	ראש roſſ	caput	antha	atta	tu, vir
col	קול col	vox	anthi	attag	tu, mul:
ſacab	שכב ſacab	iacuit	iom	iom.	dies, nã
maſcab	miſcab	cubile	Alia vox diem ſignificans		
olph	eleph	mile	apud illos, Amira, Græca		
aid	iad	manus	eſt ab Himera ἡμέρα.		
lelith	laiela	nox	valad, ialad gẽuit iod i vau		
aman	heemin	credidit	ſaal	ſaal	petere
ſamoiat	ſamain	cœli	raa	raa	videre
ſabah	ſabah	laudauit	baruch	baruch	bñdictus
aſbaa	etzbaa	digitus	etzem	etzem	os
vareach	iareacb	luna	moth	moth	mors
ſoms	ſemeſſ	ſol	ſſeol	ſſeol	infernus.
chachab	chochab	ſtellæ	Ex his, iudici nõ iniquo re		
zachar	zachar	meminit	linquã de affinitate illarũ		
maleoch	maleach.	angelus	eſtimandi iudicium.		

Quia mihi videor ſatis pro argumenti mei confirma-
tione, Orientalium linguarum affinitatem demõſtraſſe, ſupereſt vt videamus ſimplicibus vocibus, ſiquid Latini Græcique acceptum Hebræis referre debeant. Primo loco igitur videbimus, quid Latinis & Gallis cum Hebraiſmo cōueniat. Secũdo quid Grȩci ab illis deſumpſerint. Tertio & vltimo quid Gallica lingua Grȩcis (quorũ olim vſa eſt literis) debeat.

Voces Latinis Gallis

ET HEBRAEIS, ET QVANDOque Græcis communes, vt ſe promiſcüe offerunt.

עלמה. alma. virgo abſcondita alma, quo titulo ob inſignem integritatem beatam virginem donamus.

ספרה ſiffra, chiffre nota numerorũ cogens in denarium.

מסה miſſa oblatio, non a mittendo, vt vulgo dicunt.

ברולה bdola bdelium, gummi ſpecies, ex arbore perſica eiuſdem nominis. hodie nomen in officinis retinet.

עזוב eſob. iſopus b. in p. iſope, vulgo.

נרד nerd. nardus; alio nomine apothecarij dicunt lauendolam.

כפר copher. Camphora quoddam Gummi barbaricum, priſcis medicis ignotum, niſi quod Aetius Amidenus inter Græcos medicos recentior, & qui ab Arabibus ſolus deſumpſit, caphuram appellat.

ססרה ſiſſera, potio quædam ex fructibus expreſſa, ac inebrians. Northmani Sidram appellant, ſidre vulgo.

ממזר, mamzar, manzar. Deuterono. vigeſimo tertio. Verbum eſt quo iuriſconſulti, notant ſpurios nothoſve.

ספיר ſaphir, ſaphyrus, lapis precioſus, gemmave colore cœruleo claro, punctulis aureis.

יספה iaſpe. Iaſpis lapis colore permixto, ſed potiſſimum ad viriditatem delinante, maculis plenus.

מגים magim. magi ſapientes, tam Græcis quam Latinis.

פסח peſach. paſcha tranſitus, olim angeli, nunc Chriſti:

בת bat. ὁ βάτος Batus menſuræ genus quod amphoram vnam capit. eſt chori pars decima.

פרדס pardes, paradiſus παράδεισος, hortus, locus amœnus arboribus conſitus. quo nomine pro ſingulari comparatione gaudij, dicimus beatorum ſpirituum quietem.

חמה thamah. admiratus eſt vnde θαῦμα & θαυμάζω verbũ græcum idem ſignificans.

מסג maſſag. miſcuit, Græce μίσγω mutatis punctis.

קנמון cinamon. cynamon odora herba, Græce, & Latine.

לפיד lapid, lampas. Græ, & Lat.

לבונה lebona, λίβανος thus, gummi noto odore.

אבא aba. abbas, pater ætate honore ſcientia, videant hodie qui in illo ſunt officio, quomodo illi reſpondeant.

פלג peleg πέλαγος mare. Hebræi frequẽtius pro ripa, Latini & Græci pro toto mari accipiunt.

סדון vel סדין ſidon vel ſadin σινδὼν linteum delicatum & magni precij.

מוג mog. afflictus eſt, vnde μόγος labor.

קרן Keren, cornu corne in omnib⁹ linguis ſeruat nomẽ.

שק ſac. ſaccus vox in omnibus linguis ſeruata.

Sunt quædam voces in omnibus linguis quodam myſterio ab illa ſeruatæ.

Halleluiah. הלליה halleluiah. laudate deum. omnes linguæ ita profe-runt. Quam egregie in illius interpretatione multi Hebraicæ grammatices ignorãtia, fœde hallucinati fuerint, puderet certe referre.

Amen. אמן amen, certe reuera verum ſit, fiat, cum quod optandi modo, ac certitudinis deſyderio.

Meſsias. משיח meſſia, vnctus, Chriſtus. Quæ ſequuntur, magis ad linguæ Gallicæ vſum pertinent.

נאל noel, vox tam crebro tamque multis repetita, quam paucis intellecta. Sonat autē, noſter deus, vel nobis deus adueniat. cum quodam deſyderio ante Chriſti Ieſu natalitia cantari a plebe ſolita eſt.

כלב·כלבים·כלבי. cheleb, chelabim, chalbe canis, canes, nes. hinc canes maiores Galli clabaultz dicunt.

כון·הכין·מכינה con, hekim, mechinah. direxit, erexit, preparans, vltima voce Picardi ancillā appellant, mechine.

דך dac. conterere, dacquer. Picardis rumpere.

בשל baſſal. maturauit, parauit, coxit. hinc putē facile ancillas & filiolas quę negotia domeſtica obeunt Picardis dici baſſalettes. & forte vaſſalus apud accurſiaſtas inde nominatur.

הוג hog. girauit faſtidio affecit, hinc hoguiner tædio afficere Picardi dicunt.

כבל·כבלים·כבלי chebel, chebalim, chable, chable funis craſſior quali ad mechanemata vtuntur.

דומה dome. ſimile vocant dome conterranei mei Northmani.

פתי peti, petit, paruulus, ſtultus cui facile imponis.

אבא aba, abe. dictum eſt. & מסה miſſa meſſe pariter.

רודד roded, raudeur coureur, a רוד vagatus eſt.

מרד marad, maraud rebellis. Græci μιαρὸν dicunt, vnde venit נמרוד nimrod. Nemrod. rebellis in deum & naturā. Chaldaicæ מרוד marod eſt vitium ipſum.

פשע peſcha. peſche.

ערב Arab. ſpopōdit vnde arrhabo Græcis & Latinis rei emptæ ſponſio ac deſignatus in emptionis fidē numus.

בודד boded, baudet ſolitarius ſtupiduſque, vox in ſtupidorum ludibrium apta & in vſu.

ולד valed, vallet, ſeruus puer. vox north, peculiaris.

משורה meſura. menſura niſi eſſet in vſu in tam antiqua lingua a Latinis ſumptum vocabulum dixiſſem.

פח, ach laquæus, hinc empache intricatum dicimus vulgo.

בבל babel,babil impedita confuſaque locutio;
ירך ierech,coxa iered.c,in d.
עתוד hathud.hetaud, hetauldeau.
עלה hala,haller,aſcendere,eleuare.
חלך balach aler c.in r.aliquando ēnim ſolemus mutare vltimam literā in r.vt in duobus præcedētibus & in his,
יום iom.iour.dies.
מות moth.mors.mort.Sed literas gutturales ſolemus frequenter in ſ.vertere,vt in,
כבע coba,eabas,galea vetus ad reponenda impedimēta;
אבא aba abas.
ישוע ieſua.Ieſus.
אליה eliah.Elias.
משיח meſſiah.Meſſias;

Dicet fortaſſe aliquis, me omnia ad Hebraiſmum torquere, requiretque,vndenam tam multa nomina Iudaica potuerint in noſtrum vſum ſermonis tranſire.Miretur ille potius cur tam pauca talia habeamus, quum ipſi Iudæi fuerint aliquando tanta frequētia & potētia apud Pariſios,& in tota Gallia, & ſuis vſuris olim Pariſios ita diuexarint,vt nō tantū priuata,ſed & publica,ſacraq; ac profana haberēt oppignerata,quāobrē proſcripti & expulſi fuere omnes a Philippo Auguſto Gallorum rege, anno.D.1220.Illos denuo,reuocauit aut,quod melius eſt ſupplices recepit,Philippus Pulcher rex,anno.D.1313. & non ita multū ante hæc tempora ſunt profligati.Commentariorum illorum multa monumenta teſtantur apud nos fuiſſe ſcripta,ob quamplurimas voces gallicas illic admixtas.Vnde ſane mihi admiratio nulla ſubit huius affinitatis,cui potuiſſem vltra ducenta alia vocabula olim mihi obſeruata adiūgere. Supereſt mihi ad argumētum vt explicem,rudiorum & linguarum expertium gratia quaſdam voces paſſim in nouo teſtamento occurrentes, lingua Hebraica & Chaldaica,qua apud Iudęos vtebantur Chriſti temporibus, deſcriptas, vt videant interim ſit ne idem ratione,& confuſe intelligere. Vbi ſcio futurum vt

rum vt aliquid momi habeamus quod obſtrepat, omnia
eſſe interpretata. Quis negat? ſunt & ſacræ literę, quę ta
men non ſine ardua difficultate ſunt. Dicent fortaſſe pa
ri fœlicitate rem ipſam capi, quam tibi aliquis nulla ex=
plicata ratione explicat, & quam ipſe ratione apprehen=
dis, quam vere illud, viderint.

עמנואל Imanuel, Emanuel, Mathæi primo. & vocabitur
nomen eius Emanuel. id eſt nobiſcum deus. Conſtat il=
la vox tribus dictionibus, עם im, præpoſitione quę cum,
ſignificat, & nu, נו, pronomine noſter, noſtra, noſtrum, Noël.
nos, nobis. & אל el, deus. Vocem illã per aphęreſim vul=
gus Gallorum,

נואל noel, viginti aut triginta dies ante natalia Chriſti ſę=
pius repetendo, efferunt.

אפתח ephtah, perperã efeta proferunt. Marci ſeptimo.
aperiare, vox Chald. eſt, paſſiuæ vocis conciſæ alioqui,
אתפתח ethpetah aperiare dicendum erat.

חקל דמא hacal dema, actuũ primo. i. ager ſanguinis, prima
vox חקל hacal Hebraica eſt, altera dema דמא facta eſt ex
Hebręo Chaldaica, additione א, vt bona pars nominum
illius linguæ.

הושע נא hoſſa na, oſanna vulgo. Mathæi vigeſimo pri= Hoſanna.
mo. ſalua obſecro. voces ſunt ambæ Hebraicę prima eſt
verbum coniugationis, hiphil a verbo ישע iaſa ſaluauit.
Altera vox eſt optandi aduerbium, in cuius interpreta=
tione ob linguæ Hebraicæ imperitiam lapſus eſt Hila=
rius, conſulto quodam Iudæo, qui dixit irridẽdo, tantum
eſſe, quantum ſerua domum Dauid.

אלי אלי לםה צבקתני, eli eli lamma tzebactani. quod Gręce
ita eſt, Matth. vigeſimo ſeptimo. ἠλεὶ ἠλεὶ λαμᾶ σαβαχθανί.
Sonat autẽ, deus mi, deus mi, vt quid dereliquiſti me. Eli, Eli.
Conſtat illa oratio his partibus. אל el, eſt nomẽ dei i, in
fine vocum, valet meus, mea meum. Lamma componi= Lamma.
tur ex ל quæ valet ad, & ma, quid. tzebachtani ſunt duę
dicti. ſſebachta eſt verbum pręteriti ſecundæ perſonæ a,
צבק tzebac verbo Chald. quod relinquere ſignificat. ni Sabactanj.

autem eſt meus, mea, meũ, ſicut & iam dixi. Marcus autem capite decimoquinto, videtur magis ſecũdum vulgarem ſermonis vſum illud græca lingua protuliſſe. nã ἐλωῒ ἐλωῒ λειμὰ σαβαχθανί. magis accedit ad Chald. interpretationem primi verſus pſalmi vigeſimi ſecundi, vbi interpres ita dixit אלהי אלהי למה סבקתני elohi elohi lamah ſebactani quod idem ſonat vt prius, ſed Chaldaico ſermone, quo tantum eſt vſus Matth. vltima voce. Nam tum temporis priſci ſermonis integritas apud vulgares non erat amplius, ſed apud ſapientes tantum & grãmaticos. Omnia enim vſu quodam naturæ adoleſcunt, conſiſtunt, ſeneſcunt. Latina & Græca lingua olim in familiari vſu vulgaribus & fœ. fuit, circa Chriſti tẽpora, cœpit ĩde illarũ maieſtas ĩclinari, & diuerſa ac corrupta eſſe popularis lingua, vt & dudũ in Hebraiſmo contingerat.

Maranata. מרנא אתא vel מרן maran vel maranaatha, id eſt (Corinthi. vltimo capite) dominus noſter venit. dictiones ſunt Chald. mara enim eſt dominus, na. noſter, ſtra. noſtrũ. atha, verbum eſt venire ſignificans Arabibus etiã commune. eſt autem ſenſus huius. Si quis non amat dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema maranatha, id eſt, dominꝰ noſter venit. Dei enim & æquitatis oſoribus, nullum grauius vſquã poteſt euenire anathema, quam quum in delictis comprehenduntur, quum non eſt amplius reſipiſcendi locus, quum dominus præter ſpem ſuperuenit ſeruo alios verberanti, & herilem ſubſtantiam dirripienti, vt illum in tetrum detrudat carcerem.

Corbana. קרבנא ſeu קרבן curbã, ſeu curbana, oblatio, nomina ſunt Chald. a verbo קרב Kerab, obtulit.

Halelu-ia. הללו־יה Halelu ia laudate deum. prima vox Hebraicum verbum eſt, in coniugatione tertia, hiphil in imperatiuo. ia, autem eſt nomen dei vnum. Dictio certe eſt tam a paucis linguæ ignaris intellecta quã a multis decantata. Hic non poſſum ineptias pertrãſire ſilentio cuiuſdã palio tenus theologi, alioqui noĩe doctoris inſigniti, & egregie ſuperciliosi, qui linguæ Hebr. vt videretur ſciolus, abſo-

lutā quandā apud ignaros cognitionē profitebatur, quū tamen ſibi oblatū Halleluia diceret tribus cōſtare vocabulis, hal, lelui, ah. verū vbi elemēta homini dediſſem, ne vnū qdē nouerat, vſq; adeo ſępi⁹ īperitis īponūt veſtes, צבאות tzebaoth exercitus. Rho. 9. vox Heb. pluralis quā nollēt recte proferre quibus eſt gratius dicere euuangelium quam euangelium, & paraclytus. i. infamis, proſcriptus quam paracletus conſolator. & kirieſon, quam κύριε ἐλέησον, qui colant culicem, voraturi ſtatim camelum. Sabaoth.

גבהתא gebatha. Ioan. 19. γαββαθᾶ locus eleuatus, pauimentum, area quædam conſpicua quam Græci λιθόστρωτον, lapidibus locum ſtratum dicunt. Hodie malunt ſacerdotes lycoſtratos λυκόστρατος, i. luporum exercitū proferre, quā vt ſermonis requirit veritas. Vereor vt quoddam fatum faciat in hoc multos ſuiipſorum prophetas. Gabatha.

אמנ amen, dixi ſuperius eſſe vocem quandam certæ optationis. Amen.

טליתא קומי talitha cumi, puella ſurge. Marci. 5. duo ſunt Chaldaica verba. titha cumi, legūt hodie chriſtiani Chaldęi. Sunt & plurima huiuſmodi, vt barionah, filius colūbæ, mammona, opes, tabitha, caprea, gulgolta quod golgotha dicūt, craniū, benaia reges quod bonaerges dicūt, filius tumultus, quæ omnia in mediū relinquo, ne dum volo mea diligētia lectori laborē diminuere, illū negligētiorē reddam, quē maxime ad maiora excitatū cupio. Talitha cumi Bariona. Mammona. Tabitha Gulgolta. Benaia-reges

De locutionum affinitate cū alijs linguis. Græci ſub nuncij aut referentis perſona, propria verba & prius dicta repetunt Hebræorum more. Hebręi id Gen. 3. monſtrant, & dixit mulier ſerpenti, De fructu ligni orti comedemus, at de fructu ligni quod eſt in medio horti.

אמר אלהים לא תוכלו ממנו ולא תגעו בו פן תמותון, id eſt, dixit deus, non comedetis ex eo, nec attīgetis illū, ne forte moriamini. Quæ omnia latinus interpres vertit in primam perſonā, ne comedamus ne forte moriamur, more linguæ latinæ, quia videbat id repeti quod ante dictum erat. Huiuſmodi repetitio eſt admodum familiaris, & in

hiſtoriјs & in prophetis. Quū illud ſit frequentiſſimum apud multos authores Græcos, ſat erit apud Homerum fabularum parentem oſtendere. ἰλ. α. verſus finem, repetit eadem verba, atque verſus decem quos ante dixerat, quorum eſt principium, ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων, λυσόμενός τε θύγατρα &c. idem in ſecundo Iouis ſomniū Agamemnoni immiſſum repetit. & eſt adeo aſſuetus his repetitionibus, vt propria verba crebro repetat, vnde a Martiale in Epigrammatis ſuggillatur, hoc verſu. Dicatur potius τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος. quia frequentiſſime illud in verſus principio ſolet repetere Homerus. Quam Græci Atticam phraſin in repetendis coniugatis, appellant, eſt ab Hebræo. vt Pſalmo decimo quarto. & quinquageſimo tertio. שָׁם פָּחֲדוּ פַחַד. illic timuere timorē, ἐφόβουν τὸν φόβον. καὶ τοῦτο, λῆρον ληρεῖς, id eſt, nugaris nugas. Locutio & proprietas infinitiuorum ab illis eſt, vt, בְּצֵאתָם, ἐν τῷ ἐξιέναι αὐτούς. in exire illos, id eſt, dum exirent ipſi. Nec debet barbare verti, vt ſolent multi, ſed vt linguæ in quā vertis, phraſis & elegantia, patitur. Scribunt præterea Græci adiectiua nomina cū genitiuo nominis ſubſtantiui pluralis numeri, more Hebræorū. vt חֲדַל אִישִׁים γυμνὸς τῶν ἀνδρῶν, nudus hominum, id eſt nudus homo. & ἀνὴρ τῶν σοφῶν. Illud aliquādo Liuius imitatur. Eadem dictione, ſæpius negant & interrogant communi more. vt אֵין טוֹב לְאָדָם, οὐκ ἀγαθὸν τῷ ἀνθρώπῳ. ſeu ἀνθρώπῳ; cū interrogatione. non bene eſt homini. illud in vtraque lingua intelligitur pro ſenſus ratione. Græci hac voce ἆρ᾽ οὖν καὶ τοῦτο γίνεται. vel γίνεται; interrogant & concludunt. Hoc igitur fiet; ſeu, fiet. nec tantum in hac dictione, ſed in aliјs elocutionibus frequentiſſime. Modum pro modo ponentes, Græci illos imitantur. vt, iſtud Hag. ſecundo אָכֹל וְשָׂבוֹעַ comedere & ſaturari, quum tamen ſit neceſſe, illud eſſe ſecundæ perſonæ pluralis imperfecti, præter. Indi. Comedebatis & ſatiabamini. Heſiodus, γυμνὸν σπείρειν γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. Nudus ſere, nudus ara. ſunt tamen infinitiui modi. Latini quibus eſt maior in ſcri-

bendo libertas, vt ſunt Hiſtoriographi, Comici, Tragici, poetæ non raro illa phraſi vtuntur. Terentius, omnes contemnere floccipēdere &c. pro contemnebam. Quod etiam Græci frequenter faciunt, pluralia nomina neutra verbo ſingulari iungentes, ex vſu venit Hebræorum. Quamuis enim Hebræi non habeant pluralem vocem neutram, tamen loco illius plur. fœm. illis eſt. Ita etiam maſculina frequenter vt omnes linguæ orientalium ponunt. Eccleſiaſtici ſecundo. poſſedi ſeruos & ancillas, ובני בית היה לי. & filij familias (quod Galli expreſſius proferunt, dicentes, Enfantz dhonneur, enfantz de maiſon) fuit mihi, pro fuerūt mihi. Græci ita, τὰ ζῶα ἔφαγον, τὰ ὀστᾶ ἐταράχθη, τὰ βροτὰ λέγει, animalia deuorauit, oſſa cōturbatum eſt, mortalia dicit, pro. runt, ata ſunt, dicunt. Vis primæ periodi tranſit vtriſque in alterum ſequentis ſententiæ membrum. Quod poſteriores a primis accepiſſe certum eſt. Primi Hebræi ita ſcriptum habent Eccleſiaſ. 4. יש אחד ואין שני גם בן ואח לו ואין קץ לכל עמלו גם עיניו, id eſt, eſt; vnus & non eſt alter, etiam filius vel frater (ſubauditur neceſſario vis periodi præcedentis, גם אין בן ואח לו, id eſt, etiam, nec filius, nec frater) attamē non eſt illi finis laboris ſui nec oculi eius &c. Græci in illis figuris ſunt frequentiſſimi, vt adducere exemplum putem ſuperfluum. Vtuntur articulis præpoſitiuis pro ſubiunctiuis ſeu, vt magis latine exprimam, demonſtratiuis pro relatiuis. Pſal. nono.

ברשת זו טמנו נלכדה רגלם, id eſt, in rete hoc (pro quod) parauerunt captus eſt pes eorum, Heſiodus βίος τὸν γαῖα φέρει. id eſt, vita hanc terra fert. pro quā. Heb. זו pro אשר quod Græci τὸν pro ὃν quam. Accepiſſe Græcos ſuas literas cuiuſdam Chaldæi opera, ſi negarent, poſſet vocabulis literarum probari. Illi enim ſolent addendo a, in fine dictionum Hebraicarum ſuas formare, quod dixi ſuperius. Ita ab Aleph, alpha, a Beth, beta, Daleth, delta, Heth, heta. Theth, theta, Iot, iota, Caph, cappa, Lamed, lambda, factum eſt. Suas autem vocales poſuerunt, vbi

[H]ebr. coniugationū [e]nergia.

Hebr. ſuas gutturales habebāt. loco aleph, alpha, loco he, epſilon, pro heth, eta, pro ain, omicrō. &c. Pelamedes aut Simonides, & Epicharmus addiderūt illis aliquot, vt fuerunt ſemper quadam inſigni inconſtantia Græci. Facit meis omnibus dictis fidem, quod tam antiquus creditur fuiſſe apud Aſſyrios atque Syros, qui proculdubio Chaldæi & Hebræi erant, literarum vſus, vt multi illas æternas putarint. Plinius ex illis ad Græcos, ab illis viciſſim ad nos perlatas literas aſſerit, vt nil inde non venerit. Hebræi a natura edocti, paucis multa comprehendere, coniugationum energias quaſdam tantæ fœlicitatis habent, vt nulla vnquā lingua illas potuerit aſſequi, niſi quia vnam aut alteram ſua deducendi varia verborum themata copia, Græci ſunt in paucis verbis imitati. Hebræi vnū idemq; verbū ita variant. In prima cōiugatione rē ſignificat ſimpliciter fieri, vt ידע iadah cognouit, in altera autē nō profunctorie, ſed ad finē vſq; rei, vt ידע iidah exacte cognouit, in tertia per alterū facere, iubere vt fiat; vt הודע hodah fecit ſcire ſeu cognitum fecit, propterea illius vox paſſiua (omnes enim Heb. actiuæ coniugationes habent & paſſiuum ſuū, præter hithpael quæ frequenter vtramque in ſe comprehendit ſignificationem.) illius hophal appellata eſt, ignotę actionis paſſiua, vbi ſcilicet, agens non innoteſcat, ſed patiens tantū, qualem habent, ab omnibus verbis Arabes, quā dicunt Maghul, de qua, vide noſtrā introductionē Arabicæ grāmatices, in lib. duodecim linguarū ītroductorio. Quarta notat rem ſponte & ſuo marte fieri, vt התודע hithuadah qui ſua eſt induſtria notus vel innotuit. Quæ certe proprietas in ampliſſimis linguis Latina & Græca adhuc deſyderatur. Græci latinis copia ſuperiores imitant aliquando, verbum hiphil ſeu tertiæ cōiugationis, vt in γνόω ſeu γιγνώσκω cognoſco, vnde fit γνώριμος, cognitus, notus vnde γνωρίζω notum facio, indico. Item διασαφῶ & διασαφινίζω manifeſto. Græci Hebræos imitati ſuum genus tantum articulis, adiectiuis, relatiuiſque agnoſcunt, nil

præterea de genere ſcribentes, ſicut & Hebræi qui iiſdem ſignis tantum, ac affixis illud agnoſcunt, nullis ſcriptis de hac re canonibus. Sed de Græcis, ſatis ſuperque eſt. Latinis eſſe pauciora communia, apud quos tardior fuerit literarum vſus, & nulla ob locorum diſtãtiam, aut rara admodum cum Chaldæis conſuetudo, nemo mirabitur, iſtud tamen eſt Hebræis & Latinis commune. Pſal. decimo tertio. אר אנה יהוה תשכחני נצח, id eſt, vſque quo domine obliuiſceris mei æternum? vt ſubaudiatur præpoſitio, aut nomen in aduerbium degeneret. Idem Pſal. decimo ſexto. & crebro in prophetiis. Horatius ad Fuſcum. Seruiet æternum qui paruo neſciet vti. Et iſtud commune. הוספתי חכמה, id eſt, auctus ſum ſapientia. Gallica lingua plura reperiret ſibi, & Hebræis communia, ſi eſſet percurrendi locus. vt iſtud, כשיעשה, id eſt, Selon ce quil fera, vbi vno verbo tantum comprehendunt, quantum gallica verba quinque. & איש אדמה. איש מלחמה homme de labeur, hõme de guerre. מקדם לו, dauant de luy, quinque verba duobus exprimunt. Sed id habent energiæ linguæ vulgares, vt citius, & clarius, ac melius, illam verbum de verbo exprimant phraſim illius linguæ, quam grãmaticæ omnes. Ita occulto quodam fato res naturales ad ſibi ſimilia affiniaque inclinante. Vt enim eſt illa humilis ac naturalis, magnũ eloquentiæ apparatum refugere, atque perhorreſcere videtur, humilia & abiectiora amplecti. Quædam hic de linguę proprietate vbi differre ab aliis linguis videtur adſcripſeram, quæ partim ipſe apud me, diligenti ſacrarum literarum lectione, partim ex præceptoris in hac lingua mei Franciſci Vatabli lectoris Regii prælectionibus obſeruaueram, ea mutato conſilio decreui, aut mihi & amicis ſeruare, aut olim cum quadam acceſſione ſimilium phraſium in gratiam reuera theologicis rebus inſudantium emittere, modo autẽ obmittere. Nunc vero vt Originis omnium linguarum aliquid tractemus, quid Gallica lingua a Græcis habeat, ſubiungamus.

Fr. Vatablus [illegible]
in Hebraïcis pr[illegible]

Antequam argumento noſtro Coronidē imponamus,
non mihi videtur præter inſtituti noſtri rationem quæ=
rere, qua occaſione tam multa verba Græca nobis in fa=
miliarem Gallicæ locutionis vſum tranſierint. Illis enim
[ercules Gallic⁹.] huic libro finem facere decreuimus. Hercules cui poſtea
Gallico nomen fuit, dictus ἡρακλῆς Græcis, a Iunonis glo
ria, cui tamē probro fuerat, ſi fabulis credimus, Chaldęis
[ercules quid] autem ער כל her col, id eſt, totus pelle tectus, vt qui inſi-
[aldæis ſit.] gnis peregrinator pelle quadam primorum hominū mo-
[Samotes.] re tegeretur, a quibuſdam Samotes, a Cæſare & Druidi-
[Dis.] bus ſapiētibus philoſophis Gallorum, Dis vocatus, pri-
mus eſſe ſuprema omnium, & monumentorum, & ho-
minum memoria dicitur, a quo Galli habuerint nomen.
Is enim Aſia profectus per Africæ littora peruenit, cum
quadam hominum multitudine in Hiſpaniam, vbi deui=
[Geryon cur] cit Gerionem, non monſtrum triceps, vt putant, ſed tres
[riceps fingat^r.] ita vnanimes fratres, vt vnus & idem homo atque ani-
mus viderentur, quibus impletis, voluit & Gallias adi-
re nullo, aut deleto tum nomine claras, vbi vrbem po-
ſuit Alexiam, ac ob virtutem clarā factus ibi regulo ge=
[Alexia vrbs.] ner eſt. Quidā volunt etiā & Britannos hūc adiiſſe, vn-
de veniens in Galliam creditus eſt primo Britannus, di=
ſciplinæque illæ quas attulerat, & reconditas habebant
Druidæ, quamuis a Chaldæorum & Aegyptiorum ſa-
pientibus ortæ eſſent, creditæ ſunt a Britannia veniſſe.
[rcules inferos] Ipſe Hercules, & quicunque olim tam præclara aggre-
[iiſſe cur dicatur.] diebantur facinora, hominibuſque incognita & ardua, di
cti ſunt inferos adiiſſe. Reperio facile diſciplinę Chaldai
cæ vſum apud Gallos, verum nil adhuc de literis con=
ſtat. Illæ enim diſciplinæ, nec apud Aegyptios ſacerdo=
tes, nec apud Cabaliſtas Hebręorum, nec apud Druidas
primum mandabantur literis, ſed memorię. vnde qui-
bus characteribus ſcriberētur apud exteras nationes de-
latę non facile cognouerim. Dictus eſt Gallos, quadam
eloquentię fœlicitate & facundia dicendi, lingua omnes
poſt ſe traxiſſe, vt qui fuerat primus cultioris vitę & le=
gibus

gibus munitæ author, quemadmodum & Thracenſibus Orpheus creditur traxiſſe ſaxa; Veriſimile certe mihi videtur, Gallos literis caruiſſe, vſque ad aduentum Phocenſium qui Maſſiliam in ſinu Gallico condiderunt. Viſum eſt in coniecturæ fidẽ verba Iuſtini 43. adferre. Ab his (de Phocẽſibus intelligit) igitur, Galli & vſum vitæ cultioris, depoſita & manſuefacta Barbarie, & agrorum cultus, & vrbes mœnibus cingere, didicerunt. Tunc legibus, non armis viuere, tunc & vitem putare, tunc oliuam ſerere cõſueuerunt. Adeoque magnus, & rebus, & hominibus impoſitus eſt, nitor, vt non Græcia in Galliã emigraſſe, ſed Gallia in Græciã tranſlata videretur. Tanta ciuilitas tantus cultus, mihi etiam facile perſuadet literas habuiſſe comites, quæ inde fuerunt in tota Gallia, in vſu, ac præcipue in rebus publicis ac priuatis tabulis, authore Cæſare non in vno tantum commentariorum loco, peculiares. Hanc dictionum paucitatem a quo noſtra lingua cœpit in affinitatem Rhomani ſermonis tranſire, ſeruamus. Quas autẽ volo ſubiungere dictiones, ne forte me putet aliquis nullo iudicio excogitaſſe, illas, vt apud Budæum vtriuſq; linguæ parentem legi, ac vt ipſe a Vatablo, Daneſio, Tuſano, accepi, adſcribam, nec tamẽ illas obmittam, quas proprio iudicio aliũde nõ poſſe habere originem, cognoſco.

Maſsilia urbs

Budæus.

Voces Gallis & Græcis commvnes,

παρλαλεῖν, loqui, parler, conciſa voce Græca:
παραλαλὴ, locutio, parole.
βαβάζειν, impedite loqui, bauer, balbutire.
βάβαξ, baucul x, inepte garrulus, bavard.

παντόφελλος, pantoufle, κρηπὶς, vox eſt cõpoſita a φέλλος, quod ſuber ſignificat, & πᾶν, omne, quod calceamẽti ſoleæ omnino, ſeu ſolidæ ex eo confici ſoleant.

ὁ χίτων, hocton, veſtis breuior conciſa prima ſyllaba, & attracto articulo in dictionem.

γλοῖος, lubricus, gliant, coulant, vt eſt glacies.

κολλάομαι, coniungere, coller.

κόλλα, glutten, colle.

κολεός, couillon, teſticulus.

μιαρὸς, marault, ſceleſtus, citius, vt iam dixi, ab Hebræo מרד marad, venit.

δεῖπνον, prandium, dipner.

ἀκούω, audio, imperat.

ἄκουε, ἀκούετε, audi, audite, acoute, acoutes.

τραγήματα, id eſt, ſecundæ menſæ, dragee. τ. in d.

ἄρτος, panis, artis vox impoſtorum panẽ intelligentiũ.

πίνω, bibo, piailler, dicunt impoſtores, hinc χοπίνα, & πίνθα, pinte, & chopine, menſuræ vinariæ Pariſiorũ. vocant autem impoſtores vinum, iain, ייז, iain, voce a Iudæis ſumpta.

βράζω, ferueo, accendo, hinc, embrazer.

βρίζω, impetum facio, briſer.

χέζω, nature purgãdę obſeqor. chier, honos ſit aurib⁹.

ἄνθραξ, carbo, antrac, peſt is, alio nomine interpretando nos carbonem dicimus.

χάραξ, pedamentum. hinc vineæ pedamenta, eſcharax & eſchallatz dicimus.

κόπτω. ſcindo, in ἀορίστῳ, ſecundo. ἔκοπον, coper, tailler.

τέμνω. frango, in aor, ſecundo. ἔταμον, etamer, entamer.

κρεμάομαι, pendeo. Hinc cremaillere, cathenula vbi ſolent caldaria ad ignem appendi.

ὤθω, pello, remoueo, oſter.

παῦρος, pauper, pauure, egenus.

θησαυρὸς, theſaur⁹, theſor, & per ĩterpoſitionẽ r, threſor

ἄβυσσος, abyſſus, abyſme.

κτύζω, atizer, agitare, irritare.

κρούω, pulſo, crouler interpoſito l.
ςάπτειν, ſuere, rauauder. p. in u.
ῥυθμός, rithme, rythmus conſonantia.
ἁρμονία, harmonie, contentus.
σχολή, eſchole. Schola exercitiũ. Solemus enim in Gallicis vocibus quę a Græcis vel Latinis veniunt, ſi dictio incipit ab ſ. ante conſonantem, ipſi ſ. præfigere e. in voce Gallica, vt ſcala, eſchelle. ſtupa, eſtupe &c.
σκίουρος, eſcureul, quaſi vmbricaudiũ, animal paruum, viloſa cauda, quæ pene totum corpus obuerſa tegere poteſt, vſqueadeo velox animal & leue, vt a cacumine ſummarum arborum ſeſe in terram incolume demittat, &c.
στύφειν, eſtouper, φ, in p. hinc dicuntur res ſtypticę quę obturandi, ac aſtringendi vim habent.
βάκτρον baculus, baſton, dempto κ. & ρ.
σκάνδαλον, ſcandalle, eſclandre, offenſio.
ῥάβδος, rauauld, virga craſſior.
σκύτον, coriũ, vnde ſcutũ, eſcut. quia olim ex corio fiebat
κύπριον, ęs, cyprium, cuiure. p. in u, μονοχόρδιον, manicordion, vnicus ſonus eſſet illic ſine adiecto panno, aut re alia ad extinguendam ſoni ęqualitatem.
μοῦστος, mouſt, vinũ recens. vnde venit mouſtarde, condimentum, quod olim ex muſto fiebat, & hodie ita pręcipue Diuione & Andegauis fit.
βρύχα, briche, tegulę minores, arena & terra confectę.
τρέω, trouuer, perforare, ε in ou.
θύω, thuo, tuer, ſacrificare, quia olim ſacrificia omnia cum ſanguine & morte fiebant.
ἀτιτάλλω, atiteler, alere, parua animalia.
δάμαρ, dame, niſi dixiſſet Tuſſanus dixiſſem a domina dici, quia cogere nil ſoleo.
μάρτυρ, martyr, teſtis, ita dicti ſunt ob excellentiam qui ob legem Chriſti ſupplicia ſubire voluerunt.
μόρμυρ, murmure, murmur.
τιθήνη, tetine, nutrix quę admouet infantibus vbera.
θεῖος, taion, auunculus Picardis.

σάκκος,ſac,vox omnibus linguis pene communis:
λάκκος,lac,laccus,foſſa.
ἄισκημα,aiſement,facile,ἄισιος,aiſe.facilis.
σμάραγδος,eſmeraulde.Gēma virente admodū colore.
χάρμη,eſcarmouche,belli principia.
γὰρ,car,rationalis coniunctio enim.γ.in.c.
μώκκος,mocqueur,irriſor.
μωκκάζω,mocquer.irridere.
θρίγγος,tringle,faſtigium.
λέχειν,licher,lambere.
πείκειν,piquer,pungere.
ἐξόμνυσθαι,eſſomnyer,quum ius noſtrum addito iureiurando perdimus.
λάπτειν,laper,vox ficta a canum potu.
βόρβορος,bourbe,coenum.
ἄρεστον,arreſt,placitum ſenatus aut principis:
ἐρώδιος,heron,auis ex præda piſcium viuens:
ἓν πρῶτον, en preut,prima vnitas.
πρώκτον,poictrō,trāſpoſitis literis,podex.picard.vox.
βρόω,& βρῶσθαι,brouſter,comedere.
χλώριον,loriot,ablato.χ.vireonem a colore viridi vertit Gaza.
καλπάζω, galloper, equum exultantem ad ingreſſum vrgere.
καλπάζειν,idem.
καλλοπόδιον,galloche.
βρόχος, broch. vas vinarium ab infundendo, βρέχειν dictum.
ἀγράφη.agraphe:ait Budæus, ſe aliquando admonitum a Laſcare de hac voce quod eſſet tracta a Græcis agra, ἄγρα,captura,& ἁφὴ,attactus,quod iūgat capturā tactui. Poſſet tamen hæcvox minus coacte ab Hebraiſ.deduci, גרף garaph, enim arripere ſignificat,cui voci in eū ſenſum,plures gallicas affines habemus,agrapher,gripper, grupper,griphes,grafigner.&c.
Almiral mari præfectum dicimus ab ἁλμυρὶς ſalſugine

ſeu re maritima.

βάλλω, bailler. hinc, balle, mercium colligatus cumulus, inde emballer.

λοιδορεῖν, ledoyer, dire iniure, ſcōmata in aliquē iacere.

λοιδορία, lœdure, iniuria.

βλασφημεῖν, blaſmer, blaſphemer, ledere & imminuere famam.

βύρσα, burſa, bourſe, a corio dicta.

βουτινεῖν, butiner, prædam diuidere. τ. in n.

κοίτη, coete, culcitra, lectulus.

τάξις, taſſ. cumulus, ordo, & le taux & pris des choſes

τάσσω, ordino, inde entaſſer.

παράδεισος, paradis, locus delitioſus, hortus.

γραφεύς, greffier, ſcriba.

χάρτης, charte, papirus. vox Italis ea ſignificatione cōmunior.

ὁδός, via, hinc hode, laſſe, Picar. feſſus de via.

ἔκλειψις, eclypſe, defectus.

βράχω, braire, clamare.

ἐμβάλλειν, embler, furari, vna componere.

ἐν, in, en.

ἐγγράφω, engrauer. φ. in v. inſculpo.

ἐνδύω, enduire, incruſtare parietes.

ἐγκλίνω, encliner, inclinare.

ἐνδεικνύειν, endicter, indicare.

ἐνδεῖκται, delatores, endicteurs, quæ vocabula antequā apud Budęum legiſſem, credebā ſane ab indicādo dici.

παῖς, παῖς, paie, puer.

στέλλω, ἔσταλον, eſtaller, exponere merces.

ἥρως, heer, ſire, ger, dominus heros.

ἅλς, all, ger, ſal.

δυσφημεῖν, diffamer, denigrare.

βραβεύω, brauer, primum locum ſibi velle adſcribere.

κυβερνῶ, gouuerner, regere.

ὀργίλλος, orguilleux, vox vbi peccauerunt grammaticographi Gallici. ὁ στρουθός, auſtruche, ſtruthio, auis.

μὰ δία, madieux, iurandi aduerbia.
ῥώξ, roch, rupes.
στρατιώτης, ſtradiot, miles leuis armaturæ.
νεός, nies, iuuenis, ſtultus qualꝭ ſunt iuuenes.
κοφινός, cophin, pariſij calatulum ita dicunt.
τόρος, toret, inſtrumentum ad perforandũ, cui voci accedit tarere, pro torere.
τρίχω, tricher, trichotter, fallere, corrumpere, vnde venit tricherie.
μνηστῆρες, mneſtriers, muſici qui nupturas puellas cantu & muſicis ambibant, proci, hodie remanſit nomen ſolum muſicis. quum olim eſſet procorum.
παράγχων, parāgon, nec quæ aliis circũpoſita facile illas delet ſua excellentia.
κόττος, coq, pro cor, gallus, gallinaceus.
πορφύρα, purpura, porpre. φ. in p.
κυρινός, couſin, affinis ρ. in ſ.
σπάθα, eſpee, enſis, vox etiamnum vulgaris.
βαστάζω, baiulo, hinc baſt, clitellę ad deferendum aliquid aptæ.
ματάζω. ſtulteſto, Italicum verbum eſt.
τρύφω, trufer. ridere, irridere.
τίλλω, vello, tiller, vellere, canabim a ſua feſtuca, Northmani.
πνός, boue, pus, fex, π. in b.

Rei eccleſiaſticæ com

PLVRES VOCES GRAECAS ESSE.

ἐκκλησία, eccleſia, egliſe. κ. in g. conuocatio, cõgregatio.
κοιμητήριον, cœmeterium, cemetiere, vel cimetiere, locus dormientium Chriſtianorum corpora reſurrectionẽ expectantia dormiunt.
εὐαγγέλιον, euangelion, euangile, bona nũciatio, nec eu-

angelium dicendum vt quidam bonus bariæ pater ſcriptum ſui ſimilibus reliquit.

κληρικός, clericus, clerc, ſortititius latine dici poteſt, a κλῆρος, ſors, qui ſortitus eſt domini miniſterium. quam hodie pro rei veritate nomen habeant, prouinciæque reſpondeant σιμωνικῶς viderint.

ἐπίσκοπος, epiſcopus, eueſque, ſpeculator p.in. v.i.in e.

ἐξορκιστής, exorciſtis, exorciſte, adiurator. Crebra olim erat dignitas in eccleſia antequam deus infenſus noſtris vitijs & hypocriſi, poteſtatem in demones, in nobis pene antiquari ſineret.

ἀκόλυτος, acolyte, qui nō eſt prohibitus tāgere myſteria.

διάκονος, diaconus, diacre.n in r.miniſter. quā futurus ſacerdos incipit eſſe altaris miniſter.

ὑποδιάκονος, ſoubſdiacre, qui eſt paulo inferiori in miniſtrando dignitate.

πρεσβύτερος, preſbyter, ſenior, prebſtre. Senex ſi non ætate ſaltem eruditione. Si ſui hodie rationē nominis obſeruarent, non eſſet tanta improborum turba, non eſſet grauius audire ſacerdos, quam fur niſi eſſet mihi quiddam veritatis amor, reciperem lubens illam interpretationem nominis, quam quidam illorū adfert, preſbyter, prebens iter, quod certe hodie heu, heu eſt veriſſimum, vt enim in ſæculo deploratiſſimæ cæcitatis ac contēptiſſimæ ac abiectiſſimę virtutis vitijque receptiſſimi agimus, ita nullius indigni facinoris exemplum, in populi hodierni nomine tenus ducibus non reperis. Non mihi ſatis rem attigiſſe videtur, qui dicit preſbyter pro alijs, bibēs, ter, opus erat enim dicere, ſepties octieſque, quia Venere & Bacho nunc finem reponunt. de improbis, quos nullos cuperem, ſemper dictum intelligo.

κανονικός, canonicus, chanoine, aſpirata prima litera regularis, nomen hodie, vt ſingula ſingulis paruū cōuenit.

μοναχος, monachos, moyne, ſolitarius, non vt quidem etymologiſtes ait, a μόνος, quod eſt ſolus, & ἄχος quod eſt dolor, quaſi ſolus in dolore viuens. quod vt verum ſuo

ſæculo fuerit neſcio, certum eſt ſi rationem illam etymologiæ recipiant, nullum eſſe hominū genus, quod quantum ad vitæ moleſtias atinet, minus ſit quod audit.

ἀπόστολος, apoſtolus, apoſtre, miſſus ab ἀποστέλλω, mitto.

βάπτισμα, baptiſma, bapteſme. ablutio quod, quamuis apud Græcos ſignificabat omne abluendi genus, modo tamen apud illos, & nos capitur ſimpliciter pro ablutione illa qua nouum induimus hominē, veterē exuimus, aut ſaltem promittimus.

παροικία, parœcia, paroece, vbi ſunt cohabitantes aliqui vicini in vnam eccleſiæ communionem.

πάροικος, paroecus, paroecien, incola.

μοναστήριον, monaſterium, monſtier, conciſa media ſyllaba, eccleſia olim erat ἀναχωρητῶν, anachoretarum ſecedētium, a turba monachorum, & in ſolitudine agentium.

ὑπόκρισις, hypocriſis, hypocriſie, ſimulatio, fictio, & ὑποκριτής, hypocrita, hypocrite, ſimulator.

μυστήρια, myſtere, initiatio, ad quædā occultiora introductio. a verbo μυέω, initior, & ad ſacra ac adyta ītroducor.

ὄργανα, organa, orgues, per excellentiam inuentionis, ita dicta ſūt muſica illa in eccleſia organa ſeu inſtrumēta.

τύμβος, tumba, tumbe.

τύμπανον, tympanum, tymbre, quo conuocantur monachi ad epulas.

ἐλεημοσύνη, eleemoſyna, aulmoſne, mīa ab ἐλέω miſereri

θεοφανία, theophania, la theophaine, ita vocāt noſtri cōterranei Regalia. i. regum feſta vbi reges Chriſtū deum ſalutarunt. alij vocant ἐπιφανίαν, epiphaniā, lapiphaine. i. apparitionem.

πεντηκοστή, pentecoſte, pētecouſte, quinquageſimus dies poſt reſurrectionem Chriſti. a πεντήκοντα. i. quinquaginta. dies me deficeret ſi vellem omnia perſequi. Nūc de re medica quædam attingam. Totam enim illam diſciplinā Græcis debemus, ob id omnia fere nomina morborum, herbarum medicamentorum Græca ſunt.

φρένησις, phreneſis, phreneſie, mētis aliēatio, a φρὴν, mēs

ἡμικράνιον,hemicranion,demigraine,addito d. in capite vocis,ac c.in g,morbus quum capitis dimidia pars dolet.ab ἡμι, id eſt,ſemi,& κράνιον,id eſt caluaria.

ῥεῦμα,rheuma,reume,defluxion de cerueau, humoris a capite defluuium.

φλέγμα,phlegma,phlegme,pituita.

μελανχολία, melancholia,melancholie, cholera nigra. morbus ex humoris melancholici abundantia prouenientis.ex μέλαν nigrum,& χολή,fel.Hinc quidam Galli dicũt de irato homĩe,il eſt en chaulde chole.ἐν τῇ θερμῇ χολῇ.

λήθαργος, lethargus, letharge, profunda quædam obliuio & ſomnus.

ἀποπληξία,apoplexia,apoplexie,corporis percuſſio,& inſenſibilitas ſtupidæ mentis.

ἐπιληψία, epilepſia epilentiam corrupte vulgo dicunt, mentis detenſio eſt,& ſtupor,naturalis officij priuatio.

πλευρῖτις,pleureſie,pleuritis,morb⁹ lateris,a πλευρὰ latus,coſta.

ὑδρόπισις,hydropiſie,hydrops,aqua intercus.

ἀπόστημα,apoſteme,apoſtema,abceſſus humorũ in partem affectam.

κατάῤῥους, catarre, catarrhus, defluxio humorum a parte cerebri in inferiores partes.

ῥεῦμα,reume,dicitur vero vulgaribus,quãdo illa a cerebro,defluxio tracheam arteriam,id eſt pulmonis fiſtulam inficit, vocemque labefactat.

φαντασία,phantaſie,imaginatio.

φλεβοτομία,phlebotomie,venę pręciſio.&c.Eſſet enim infiniti operis omnia velle perſequi, nomina diſciplinarum omnium,animalium,plantarum,gemmarum, quæ omnia Græcis accepta referre debemus. Vidiſti hoc noſtro argumento,Candide lector,non eſſe ita arduũ multarum linguarum cognitionem aſſequi, ſi id fiat quo res ipſa poſtulat ordine. Tibi conſtat Hebraicam linguam viã ad quatuor linguas patefacere,non econtrario.Græcas literas adferre ſuam lucem,Latinis nemo neſcit, no-

ſtras illis, non item. Plato omnes diſciplinas quas a Chaldæis ſe accepiſſe fatetur, dicit, reddidiſſe ſe meliores. Ait enim ita in Epinomide, ſub Athenienſis perſona. Quoniam vero magis quam Barbari, vt diximus; ab æſtiua ſerenitate diſtamus, horum deorum ordinem tardius intelligimus. Deos autem illos dicit planetas ſeptem, quos animatos credidit antiquitas, quorum ordinem obſeruationemq; ſcilicet aſtronomiam acceptam Barbaris, id eſt Chaldæis non obſcuris indicijs refert, & ſtatim ſubiungit. Verum quicquid Græci a Barbaris accepere, melius reddiderũt. In Timæo autem introducit quendã Aegyptium ſacerdotem alloquentem Solonem, qui olim illos diſcendi gratia adierat, his verbis. O Solon Solon Græci ſemper pueri eſtis, nec in Græcia quiſquam eſt ſenex, iungit rationem. Quia vobis ſemper eſt animus, in quo nulla veterum rerum memoria, nulla cana ſcientia. Paulo poſt, eſſe Aſia profectos illos ſapiẽtes (vt puta a Chaldęis) in Aegyptum, idem deus philoſophorũ ſcribit. Vt faceſſant interim illæ fabulæ quas quidam rerum imperiti, ſolita tamen Græcorũ audacia, & temeritate, de Nili fertilitate ac generatoris omnium animantium, commenti ſunt. Hæc omnia dicta Platonis oſtendunt diſciplinas eſſe nuper apud Græcos pe latas a Barbaris, quibus ipſis facile putat Plat. ſuorum ingenia & eloquentiam aliquid tractãdo lucis allatura. Cicero vero latinę eloquentiæ parens, verum philoſophãdi genus latinis literis incognitum aſſerit, ad ſua vſque tempora fuiſſe. Sic ſcribit. Philoſophia vſque ad hãc ætatem, nec vllum lumen habuit latinarum literarum, quæ illuſtranda ac excitanda nobis eſt, vt &c. Vides ex hoc, quomodo cultũ & ornatum apud Græcos diſciplinę habuerint, antequam eſſent latinis hominibus cognitæ. Sub ipſo autem Tuſc. q; exordio ita dicit. Hoc mihi latinis literis illuſtrandũ putaui, non quia philoſophia Gręcis, & literis, & doctoribus percipi non poſſit, ſed meum ſemper iudicium fuit, omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius quã Grę-

cos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem digna ſtatuiſſent in quibus elaborarent. Quem locum nemo non videt eſſe tractum ex verbis Platonis quæ ſuperius ex Epinomide attuli. Si modo nomina ipſa Barbari & Græci commutaueris. Ita ſibi & ſuis mortales quadam ambitione, rerum omniũ inuenta adſcripta vellent. Eloquentiæ quadam rara fœlicitate certũ eſt ea quæ a Chaldæis acceperãt, Græcos excoluiſſe, immutaſſe, & aliquãdo, ne res alienæ in illorum ſcriptis apparerent, inuertiſſe tum fuco dictionis, obliterata pene inuentorum priſcorum memoria, ſua dixiſſe. Rhomanos eadem arte atq; ingenio vſos, ſatis declarant illa decẽ iuſti capita a Græcis expetita, quibus additis duobus, duodecim tabularũ nomen fuit, ex quarũ interpretatione, quod dicũt ſuum ius vetus pontificiumq;, ac leges demum obortas eſſe certum eſt. Ita videmus quod propoſueram, primos homines Chaldæos Hebræosve quadã vitæ inſigni innocentia ac beneficio diuino, prima iuſti æquiq; præcepta mundique genealogiam reuera, atque primum vſum literarum habuiſſe, a quibus ad Græcos demum, vt ad nos & in toto terrarum orbe tranſierint.

Lectori Candido.

Si quid in hoc melius deſcripſerim amice libello
Id Chriſto referas, ſi male parce precor.

Excudebat Petrus Vidouæus Vernolienſis, Typis ac characteribus ſuis vigeſima ſeptima Martij, Anno a partu virgineo. 1 5 3 8.
Ad calculum Romanum.

VITTORIO EMANUELE IN ROMA
BIBLIOTECA